tanq̃ sit consuetum dari per. c. si de beneficio. de preben. lib. vj.
iuncto. c. ij. de feudis. Sed si prescriptio nõ esset completa pos
set retractari talis concessio tanq̃ indebite facta ⁊ per hoc om
4 nes opi. ad concordiam ducuntur. † remanet solum vnum du
bium qualiter intelligatur istud verbum perpetua. ⁊ gl. ponit
tres opi. ⁊ tenet primam que intelligatur tam respectu tempo
ris quousq; soluatur pensio etiam si per mille annos quam re
spectu successorũ. quod transeat ad quoscunq; heredes etiã ex
traneos sed hoc verum nisi in ecclesia constantinopolitana ⁊ si
bi subiectis que non põt succedere nisi vsq; in tertiam genera.
recipientis vt in aut. de non alienandis. §. emphyteosim. ⁊ idẽ
esset in alijs ecclesijs si hoc haberent de consuetudine. ⁊ intelli-
gitur tertia generatio cõputato stipite. scȝ recipiẽte filijs eius
⁊ nepotibus. vt. d. §. emphyteosim. Sed Bart. cõsuluit quod
si fiat concessio hoc modo titio vsq; ad tertiam ipsius genera
tionem venirẽt pronepotes nec computaretur stipes propter
verbum ipsius: quia grauat seipsum. quod cõsuluit etiã Bal.
⁊ frater eius do. Petrus. ⁊ allegarũt. c. statutum de hereticis
li. vj. sed multe ecclesie habent de consuetudine cõcedere alicui
⁊ suis descedentibus in infinitum. ⁊ sic dicitur perpetua respe-
ctu temporis non respectu successorum: quia non transit in ex
traneos heredes. hoc casu potest intelligi glo. que est in. l. etiaȝ
in prin. sol. ma. que dicit emphyteosim ecclesiasticam nõ tran
sire ad liberos. sed de iure communiter contrarium tenetur cir
cũscripta consuetudine vt hic refert Bal. allegans Cy. in. l. li-
berti libertæq;. j. de bo. lib. ⁊ do. Raphael licet dicat se cõsuluis
se contrarium sequendo glo. in. d. l. etiam. ⁊ etiã Bar. qui cum
ea transit ibidem qui videtur velle per hoc quod etiam nõ pre
supposita consuetudine idem sit. ⁊ vide hic bonam glo. in aut.
de non alienandis. §. quia vero leonis. ⁊ scias quod ista aut. lo
cum habet quando facta diligenti inquisitione non reperitur
qui velit plus dare quo casu licet reperiatur post non rescinde
retur contractus per regulam quod legitime factuȝ est ex post
facto non retractatur: sed si reperiat̃ ab initio qui vellet plus
dare ⁊ fuisset data pro pensionibus de quibus hic posset eccle
sia tanquã lesa restitui. per. c. j. de restitutione in integrum. ẜm
Bar. item loquũtur quãdo redditus sunt diminuti tamẽ ali-
qui percipiuntur si vero nulli omnino possunt dari pro quacũ
q; pẽsione que reperitur. vt no. Spe. in loco preallegato. Sed
quã hic statuat etiã si reperiat̃ qui velit eam dare. Sed potius
ecclesia debet sibi retinere. ⁊ hoc glo. in ista autẽ. perpetua que
incipit. scȝ ad plus. in prin.

2 ☞ Ecclesia pōt permutare cū alio priuato: dūmodo detur
res equiualens vel melior.
Fundus dotalis licet nō possit alienari: an tñ poterit ꝑmuta-
ri si redditur melior conditio mulieris.

1 SEd & permutare. †In istis tri-
bus aut. alie-
natur res ecclesiastica etiam quo ad directuz domi
nium. & posito quod nulla subsit necessitas nec vtili
tas dummodo non subsit damnum. & ex istis aut. not. illos ca-
sus quos ponunt canoniste in quibus dicitur posse rem eccle-
siasticam alienari scilicet ex causa necessitatis eris alieni vt in
auten. hoc ius porrectum. Itez ex causa minoris incommodi
tatis. vt in auten. item predium. additur quarta causa scilicet
pietatis in redemptione captiuorum. vt. j. eodem. l. sancimus.
2 de quibus per glo. xij. q. ij. super rubrica. †Sed an possit eccle
sia permutare cum alio priuato videtur quod non postꝙ spe-
cialiter statuitur hic in principe & in alia ecclesia tamen com-
muniter vidi seruare cōtrarium: dummodo detur res equiua-
lens vel melior. nam & fundus dotalis non potest alienari ta-
men potest permutari si redditur melior conditio mulieris vt
l. fi. ff. de iu. do. sed de rigore iuris prima pars videtur verior
per ar. & specialia.

a ¶ Emphyteota. adde doc. in. c. potuit. de loc. & diffuse p Jas. in. l. ij. de iure emphy.

b ¶ Declarare. circa hoc vide q̄ ponit Alex. de imo. in cōsil. vj. col. pe. & fi. in. iij. vol. vbi dicit ꝙ reqrit sententia. Cur.

2 ☞ Emphyteota ecclesie vel priuati ꝓ modica deterioratio
ne nō pōt expelli: sed tenet interesse refundere.
3 Usufructuarius deteriorās rē ita pōt expelli sicut emphyteo-
ta & interesse refundit.
Quid in feudatario deteriorāte feudū: vel male tractāte sub-
ditos si habebat castrum in feudum qō sit idem.
4 Emphiteota ecclesie si cessat in solutione ꝑ bieniū: & priuati ꝑ
trienniū iure suo priuat & pōt expelli. & an ꝓpria autoritate: et
an possit moram purgare.
Quid in simplici colono priuati q cōduxit ad plures annos.
5 Ecclesia sciens rem incidisse in commissum propter canonem
non solutum vel deteriorationem: si acciperet pensionem pro
tempore futuro censetur remisisse penam expulsionis secus si
ignoranter.
Quid in emphyteota priuati si soluat pro tpe p̄terito.
6 Colonus vel emphyteota priuati qui expellitur pōt repetere
melioramēta.
Si ecclesia concessit in emphyteosim aliquam aream pro mo
dica pensione: vt ibi edificaretur edificium quod esset propriū
edificantis: & pro illo nihil solueret & postea non soluat pensio
nem pro area an redibit ad ecclesiam ipsa area cuz edificio. an
aūt possit edificiū tollere. & qualiter possit ꝓcedere concessio ꝓ
modica pensione.
7 Si ecclesia cōsueuit cōcedere ꝓ certa pēsione: & postea concessit
ꝓ minori vel cōsueuit cōcedere vsqꝫ in tertiam generationem &
concessit in quartam vel in masculos & concessit in feminaz an
valeat concessio.

c ¶ Bar. adde qō ꝯ Bar. tz imol. in c. j. de feu. char. fi. & Ro. i. l. j. §. si stipulāti. ff. de verb. obli. vide Barb. in. d. c. j. de feud. & Rom. in suo cōsi. lxxj. & in ꝓposito. adde alex. de imo. ꝯsi. cxxv. col. j. i. v. vol. Cur.

1 QUi rem. †Emphiteota deteriorans rem
vel non soluens canonē per bien
nium quatuor penis hic cōtentis punitur: quia po
test expelli. & sic perdit vtile dominium. Itē nihilo-
minus soluit quod soluere debeat pro tēpore preterito. Item
damnum seu interesse refundit. Item melioramenta non repe
2 ti. h. d. no. ¶ †Item tex. ibi deteriorem subaudi magna dete-
rioratione: quia de modica non esset curandum quantum ad
hoc vt posset expelli ꝫm docto. ff. de in integr. restitut. l. seio. sed
bene tenetur interesse refundere sed quid in emphyteota pri-
uati. dicunt doct. idem. & sic non est hic speciale in ecclesia. nam
cum recipiat ad meliorandum & ista est causa finalis si nō me-
liorat: sed deteriorat cessante causa finali debet rescindi conces
3 sio ꝫm Guil. de cu. per. l. ij. §. fi. ff. de dona. †sed quid in vsufru
ctuario deteriorante rem an possit per hoc expelli. videtur ꝙ
non sed dumtaxat cōtra eum committitur stipulatio ad inter-
esse: quia promisit vti frui arbitrio boni viri. vt. l. j. §. habet au
tē. & ibi videtur hic probari. ff. vsufru. quemadmodum ca. & ita
ibi dicitur tenere Bal. licet hic nihil dicat de hoc. sed Guil. de
cu. tenet contrarium & allegat. ff. de dam. infec. l. hoc amplius.
§. fi. & . j. de mācipijs & colo. cognouimus. li. xj. & de aque ductu.
l. eos. eo. ti. quod verius puto. quia ista sunt penitus diuersa &
fateor quod committitur stipulatio ad interesse quia etiam il
lud est refundendum vt hic sed non propterea euitat penaz re-
pulsionis. ¶ Item vt in feudatario deteriorante feudum vel
male tractante subditos si habeat castrum in feudum arg. in. l.
4 ij. ff. de his qui sunt sui vel ali. iur. ¶ †In tex. ibi per bienniuz
a non soluerit. dicit emphyteota[a] priuati requiritur triennium.
vt in. l. ij. j. de iure emphi. sed in simplici colono priuati qui cō
duxit ad plures annos si interuenit pactum de non expellen-
do requiritur biennium. vt. ff. loca. l. quero. §. inter locatorem a

Controversig possit ex

sed si nullum pactum interuenit statim potest expelli eo ꝙ non
soluit vt in. l. edem. j. loca. quod Jaco. bu. & Bald. intelligunt
quantum ad presentē conditionem: potest tamen purgare mo
ram & debet recuperare rem. quod est notandum. & adde quod
de iure canonico etiā post biennium potest purgare infra mo-
dicum tempus quod de consuetudine interpretatur vna dies.
vt in. c. potuit. de loca. ¶ In tex. ibi repelli potest. & sic non est
ipso iure expulsus vel priuatus iure suo sed ita demum si eccle
sia vult secundum docto. per istum tex. & idem in emphyteota
b priuati si cessauit per trienniū nec sufficit declarare[b] quod ita
vult: sed requiritur sententia priuatoria secundum Spec. in ti
tu. de loca. §. nunc vero aliqua. & no. in. l. ij. j. de iure emphy. alij
tenent quod sufficit declarare se velle. & dicunt quod declara-
tione facta potest expelli propria autoritate. alij contra quod
etiam si non requiratur sententia priuatoria non potest ꝓpria
autoritate expelli: sed requiritur iussus iudicis ne detur mate
ria litis & iurgij. vt notatur per Cy. in. l. ij. in. ij. & . iij. q. infra de
iure emphy. arg. in. l. non est singulis. de reg. iur. & adde qd iu-
ris in re que tenetur a fisco. ff. de iure fisci. l. in fraudem. §. pe-
nulti. Item potest expelli etiam interueniente pacto de non ex
pellendo. quia habet in se conditionē si ex parte sua facit quod
debet. vt. d. §. inter locatorem. Sed qd si expresse dicatur etiaz
si rem deteriorauerit vel pensionem non soluerit. quidam di-
cunt non valere pactum quia datur materia delinquendi. Cy.
determinat contrarium in. d. l. ij. in. iij. q. per. l. si quis in conscri
5 bendo. j. de pac. ¶ †In tex. ibi totius temporis. dic scilicet p̄
teriti non autem futuri. vt no. glo. s. eodez. aut. qui res. incipit
& si ecclesia sciens rem incidisse in commissum propter canonē
non solutum vel deterioratum. & acciperet pensionem pro tem
pore futuro censeretur remisisse penam expulsionis. ar. §. de le
ge commis. l. post diez. Secus si ignoranter sed an hoc habeat
locum in emphyteota priuati vt cadat a iure suo & etiaz soluat
pensionem preteriti temporis. Cy. in antiqua lect. plene dispu
tando tenuit ꝙ sic in eadem. l. in. iiij. q. ꝫm Pe. per. l. penulti.
vbi videtur casus. ff. loca. Sed Guil. de cu. tenuit hic contra-
riuz quia priuatus debet esse altero contentus vel pena expul
sionis vel pensione preteriti temporis. ar. in. l. apud celsuz. §. la
beo. de doli excep. & dicit esse speciale hic in ecclesia. Nec obst. l.
pe. ff. loca. qr loquitur in simplici conductore qui non habebat
ius in re. vnde propter eius expulsionem dominus nulluz ius
consequitur vltra quod habeat sed quando expellit emphy-
teotam consequitur ius vtile dominij quod ille habebat qr cō
solidatur cum directo ideo debet esse illa pena contentus. nec
ob. quod ista est pena legalis que potest peti vna cuz principa
li. vt. l. si pro fure. §. j. ff. de condi. fur. qr hoc est verū quādo ori
tur ius ad penam ab ipso initio quo oritur ad rez. Secus si ex
postfacto. vt. l. metum. §. licet. cū ibi no. ff. quod me. cau. Et de
ista opi. Guil. Cy. facit addi. ad antiquam lect. in. d. iiij. q. Et
videtur inclinare in istam sententiam in fiñ. text. ibi non repeti
6 turus. dic hic est speciale in ecclesia † sed in colono priuato vel
etiam emphyteota qui expellitur aliud est quia potest repete-
re melioramenta vt est casus in. d. l. pe. ff. loc. quod est sing. illa
tamen loquitur in simplici colono. Sed pone concessit ecclesia
in emphyteosim aliquam aream pro modica pensione vt ibi
edificaretur edificium quod esset proprium edificantis et pro
illo nihil solueret ille postea non soluit pensionem pro area. an
redibit ipsa area ad ecclesiam cum edificio. videtur quod non
cum in illo non fuit pactum cum nihil pro eo solueretur. Bre-
uiter cum tale edificium cedat solo: & sic quo ad directuz domi
nium sit ecclesie sicut & dominium aree & illius edificantis solū
est vtile dominiū sicut erat in area. determinat Bal. ipsum edi
ficium ad ecclesiam redire per. l. obligationuz fere. §. placet. cū
ibi notatis. ff. de actio. & obli. vel dic ꝫm eum. Et istud videtur
equius quod edificans potest edificium remouere nisi ecclesia
offerat sibi iustam estimationem ar. in. l. sed addes. in. §. si colo-
nus. ff. loca. & vide quod not. per eundem in aut. excipitur. j. de
bo. que lib. & quod habetur in feudo seu vasallo in titu. hic fini-
tur lex. capitulo si vasallus. in vsibus feu. ¶ In gl. magna ibi
videtur quod sic. hanc tenent oēs per istam aut. que generali-
ter loquitur. facit quod no. ff. de contra. emp. l. si res bona fide.
in glo. & Bal. allegat in aut. de non alienandis. §. itaqꝫ. vbi po
nit de censu trium solidorum. & hoc etiaz tenet Spe. in ti. de lo
cato. §. nunc vero aliqua. in versi. ciij. & vide quod not. per glos.
in. l. communi diuidundo. in prin. ff. communi diui. & quod ha
betur in. l. eadem. §. cato. de verbo. obliga. vbi propter num-
mum non solutum de sorte committitur tota pena. facit. l. quā
diu. j. de distrac. pig. Qualiter autem possit procedere ista con
cessio propter tam modicam pensionez. dixi in auten. si quas.
7 ¶ †Ultimo Bart.[c] querit quid si ecclesia consueuit cōcedere
c pro certa pensione: & postea concessit pro minori vel consueuit
concedere

concedere vsq; in tertiam generationem. ⁊ concessit in quartā. vel in masculos ⁊ concessit in feminas ⁊ tenet in omnibus licet dubitando non valere concessionem sed in contrarium quod valeat ⁊ restituatur. vt in. c. j. de in integrum restitu. Solu. ſm eum quando concessio est facta contra formam consuetam nō valet vt dictum est sed quando non est contra formam tamen ecclesia reperiebat plus ⁊ dedit secundum formam consuetam tunc restituebatur in integrum vt in contrario. Bald. in auth. si quas. tenet vitiari concessionem quatenus fuit facta vltra formam solitam. ⁊ sic quo ad quartam generationem vel quo ad feminas ⁊ valere vsq; ad consuetam. puta tertiam vel masculos. quia ista possunt separari. ⁊ sic vtile per inutile non vitiatur. Sed si facta esset concessio pro minori posset retractari nisi ille offerat iustam pensionem arg. in. l. ij. j. de rescin. ven. Et ista
a est melior opinio ⁊ equior quam etiã Bar.[a] amplexus fuisset si cogitasset.

2 ☞ Quis dicatur tyrannus.
3 Que fiunt contra ecclesiam videntur fieri contra deum et que relinquuntur vel donantur ecclesijs videntur relinqui vel donari deo.
Donatio facta ecclesie an valeat si non est aliquis presens qui recipiat pro ecclesia ⁊ pro pauperibus.

1 Decernimus. †Omnia que facta sunt tempore tyrannidis superueniente iusto domino debent rescindi. h. d. tota lex. quod intellige de his que facta sunt per modum legis vel priuilegij. Si vero per viam iustitie per eius officiales tunc aut fundantur in legibus ⁊ priuilegijs predictis ⁊ idem. aut in iure communi vel statutis loci. ⁊ tūc debent firma permanere. argu. in. l. barbarius. ff. de offi. pre. quia dicti officiales magis dicuntur vti iurisditione coherente loco vel territorio quam data a tyranno qui nullam habet. de quibus vide plene per Bar. in tractatu quem fecit de tyrāno. ⁊ Bal. hic
2 reassumpsit aliqua verba ipsius. ¶ †Et adde quod no. Arc.
b xxiij. q. v. c. regum. quis dicatur tyrannus[b] vel iustus domin⁹ si autem haberet ius sed propter delictū fuisset illo priuatus non diceretur fuisse tyrannus ⁊ eius gesta firma remanerent. vt no. in. l. iusiurandum quod ex conuentione. §. j. ff. de iureiuran. ⁊ patet in Federico imperatore qui fuit priuatus. vt in. c. ad apostolice. de re iudi. lib. vi. tamen remanserunt eius. ll. scilicet auth. cassa. s. eo. ⁊ auth. item nulla communitas. j. titu. j. ⁊ auth.
3 sacramenta puberum. j. si aduer. vendi. ¶ †No. hic post prin. ꝙ illa que fiunt contra ecclesiam videntur fieri contra deum et eadem ratione que relinquuntur vel donantur ecclesijs. videntur relinqui vel donari deo. quod facit contra gloss. que est. j. l. proxi. que vult ꝙ non valeat donatio nisi sit aliquis presens qui recipiat pro ecclesia vel p̄ pauperibus. Sed certe presens est deus qui vbiq; est ⁊ cui videtur donari. Ideo multi non tenent illam glo. in donatione facta ad piam causam. ¶ Itē no. de isto verbo tyranno. de quo etiam infra de diuer. rescri. l. penul. circa finē. ⁊. l. fulcini⁹. §. quid sit latitare. ff. quib. ex cau. in pos. eatur.

2 ☞ Scripture facte coram iudice vel magistratu etiā p̄ modum voluntarie iurisditionis dicuntur acta. ⁊ debet omnibus fieri copia ipsarum.
3 Que dicantur donationes facte ad pias causas.
4 Lex vel statutū fauorabile extenditur ad casum similem etiā si in eis dicatur ꝙ non fiat extensio ad alios casus. q̄r debet intelligi ad dissimiles.
Casus finalis dicit̄ q̄ñ in eo est eadem vel maior ratio.
5 Si qs donat vel legat alicui diuiti cōsanguineo vel extraneo qui nō indiget elemosyna lз dicat se relinquere amore dei: nō dicitur relictū ad piā causam. nec habet priuilegia pie cause. ⁊ quid si relinquitur vel donatur pauperi.
Si pater donat filio in potestate licet dicat se donare pro bene meritis ⁊ seruitijs: nisi de illis appareat nō dicitur donatio facta propter benemerita.
6 Donatio facta ad piam causam nemine recipiente pro donatario an valeat.
7 Donatio potest fieri inter absentes per nuntium vel epistolam.
8 Par quod non possit fieri inter absentes vel absenti nemine recipiente pro ipso.
9 Quid in cessione actionum.
Quilibet potest stipulari pauperibus absentibus ⁊ verbis in eos directis.

1 Illud. †Donatio facta eccl'ie vel pijs locis vel miserabilibus personis vel ciuitati nisi vsq; ad quingentos aureos non indiget insinuatione. h. d. premitte quod propter fraudes que committebantur olim. quia quidam faciebant secrete donationem bonorum suorum alicui cōsanguineo ⁊ amico ⁊ postea cōtrahebat cum alijs. deinde post mortem cum creditores vellēt capere bona donatarij dicebat ad se pertinere ratione donationis facte anteꝗ̄ cū illis contraheretur. ideo fuit prouisum ꝙ si donatio transcendebat. cc. aureos deberet fieri publice corā magistratu ad hoc deputato. ⁊ ibi confici publica scriptura. ad hoc vt volentes cum alio contrahere possent videre vtrum ille habeat bona sufficientia vel non quia notarius qui conficit acta tenetur cuilibet ostendere cum opus fuerit. vt. j. de eden. l. ij. ⁊ hoc habetur in. l. donatio. siue infra de do. postea fuit statutum quod de. ccc. aureis. vt in. l. sancimus. eodem titulo. et quod si fiebat ad piam causam posset fieri vsq; ad quingentos
a aureos sine tali insinuatione vt ibi. ⁊ in ista. l. ⁊ quatenus transcenderet non valeret. postea fuit statutum generaliter quo ad omnes quod posset fieri vsq; ad quingentos aureos sine insinuatione: vt. l. quicquid pro redemptione. ⁊. §. fi. j. de do. ⁊ sic illud quod fuerat concessum ecclesijs ⁊ pijs locis in priuilegium redactum est ad ius commune: non sunt ergo ecclesie melioris conditionis quam alij in hoc. Sed cōtra de dicta. l. si quis pro redemptione in principio vbi pro redemptione captiuorum valet donatio cuiuscūq; maxime summe sine insinuatione propter hoc dicunt quidam hodie per illam. l. eodem modo valere donationem factam ecclesie vel pijs locis cuiuscunq; summe. ⁊ hanc opinionem tenet hic Bartol. ⁊ Joan. andr. in addi. Spec. de instrumen. edi. §. porro. in addi. que incipit illa. l. sed Bal. tenet contrarium quod aliud quando in redemptione captiuorum de quibus est maius periculum quod ibi non moriantur. argumen. in. l. proxi. circa fi. Et aliud in his que donātur ecclesijs in quibus cessat ista ratio periculi ⁊ quia ecclesie b
solent abundare in bonis. Et ista magis placet. ⁊ ita videtur de mente illius. l. in fin. dum dicit in alijs autem ⁊c. quasi dicat
2 preterꝗ̄ in casibus. s. expressis. ¶ †No. in ver. actis. ⁊ in versi.
c actorum. ff. quod scripture facte[c] coram iudice vel magistratu etiam per modum voluntarie iurisditionis dicūtur acta. ⁊ sic debet omnibus fieri copia ipsarum vt sunt emancipationes ⁊ adoptiones ⁊ creationes tutorum vel curatorum in quibus re- c
quiritur autoritas magistratus. de quo vide quod no. Inno.
3 in. c. de proba. ¶ †Item nota que dicantur donationes facte
d ad pias causas[d] quia ille que fiunt pijs locis vel pauperibus. d
idem si redemptio captiuorum. vt. d. l. si quis pro redēptione. ⁊ dicit Bal. non solum ab hostibus sed a latrunculis sed etiā si sunt in carceribus communis pro maleficio ⁊ allegat quan-
4 dam glo. decreti quod no. ¶ †Hic est vna glo. fin. que semper allegatur in pluribus primo in prin. iuncto fine huius. l. quod lex vel statutum fauorabile extenditur ad casum similem si in eis dicatur quod non fit extensio ad alios casus quia debet intelligi: scilicet dissimiles: quod perpetuo tene menti. Et vide pro declaratione huius. l. qualiter debet intelligi quod notat Barto. in. l. si constante. solu. matrimo. in. j. q. prin. q. vlti. facit ff. de eden. l. argentarius. in prin. versicu. ad similem. dicitur autem casus similis secundum Bald. quando in eo est eadem ratio vel maior. vt. ff. de execut. tu. l. non solum. §. qui pupillum.
5 Item allegatur ista glossa post prin. †quod si quid donat vel
e legat alicui diuiti consanguineo[e] vel extraneo qui non indiget elemosyna licet dicat se relinquere amore dei non dicitur relictum ad piam causam nec habet priuilegia pie cause quia nō e
statur talibus verbis postꝗ̄ conditio persone non patitur. argu. in. l. si forte. ff. de castren. pec. quia videntur dicere in fraudē vt. l. qui testamentum. ff. de probati. per hoc dicetur quod si pater donat filio in potestate: licet dicat se donare pro benemeritis ⁊ seruitijs: nisi de illis appareat non dicitur donatio facta propter merita. ⁊ sic tanꝗ̄ extraneo: sed tanꝗ̄ filio: quoniā filiatio censetur fuisse causa donandi ⁊ non merita. ideo non valet a principio sed indiget confirmatione per mortem. ⁊ sic posset a patre reuocari quod non esset si a principio valuisset. vt not. in. l. si donatione. j. de colla. Sed si talis persona cui relinquitur vel donatur esset pauper tunc aut relictum vel donatio est magne quantitatis ⁊ similiter non videtur fieri causa pietatis aut modice. ⁊ tunc secus per. l. cum hi. §. si in annos. ff. de transactio. ⁊. l. si cui. de annu. lega. ⁊ vide in addi. Spe. de instr. edi. §. nunc vero aliqua. in addi. que incipit ad istum fi. ⁊ Bar.
6 in. l. j. s. eodem. in. ij. q. principali. ¶ †Ultimo allegatur gl. in vltima. q. quod valet donatio etiam facta ad piam causam nemine recipiente pro donatario quia cū donatio fit cōtractus

¶ Bar. adde qđ ꝯ Bar. tз Imo. i c. j. de feu. char. fi. ⁊ Ro. i. l. j. §. si stipulāti. ff. de verb. ob. vide barba. in d. c. j. de feu. ⁊ Roma. in suo ꝯsl. lxxj. ⁊ i ꝑposito. adde Alexā. de imo. in ꝯsil. cxxxv. col. j. in v. vo. Cur.

¶ Quis dicatur tyrānus. adde albe. de rosa. in auth. decernimus. C. de epi. ⁊ cle. ⁊ Greg. in mora. li. xj.

¶ Scripture facte. adde doc. in. c. scripturā. de fi. instru.

¶ Ad pias cās. adde Spe. in tit. de instr. edi. in. §. nūc vo.

¶ Cōsanguineo. adde Bal. in. c. de priore. de ap. ⁊ in l. si heres. ff. de cō di. ob cau. in. c. ij. de sepul. ⁊ panor. ⁊ rub. extra de test. ⁊ Alex. de imo. in ꝯsi. cv. in. iiij. vol. ⁊ vide etiā in proposito Jo. and. in addi. spe. in tit. de instru. edi. §. nunc vo aliqua. in addi. incip. ad istuз. Francis. Cur.

requirit consensum donantis ꝛ donatarij.vt in.l.j.ff.de pac.et hic non adest nisi donantis.ꝛ sic etiam si mille testes essent presentes non sufficerent nisi aliquis ipsorum nomine donatarij recipiat.ꝛ tunc secuta ratihabitione perficitur.iuxta nota.in.l. si ego.de neg.gest.ꝛ vide in ciuitate ista istum casum quia in instrumento continebatur quod talis donauit tali ꝛ nõ dicebat presenti ꝛ recipienti nec de eius presentia apparebat.ego dicebam quod donatio non valebat per istam glo.quia postꝙ nõ apparebat de pñtia non presumebatur fuisse presens sed absens:cum istud consistat in facto ꝛ facta non presumuntur: vt no.in.l.quicũꝙ.de publi.ꝛ per consequens non potuit fieri nõ interueniente nuntio vel epistola que requiruntur vbicumꝙ contractus geritur inter absentes vt dicit glo.singularis in.l. consensu.de actio.ꝛ obli.alij dicebant quod volebat quia presumebatur presentia per glo.que est in.l.j.j.de inuti.stipu. sed respondebam quod loquitur quando instrumentum facit mentionem de actu qui non potest fieri nisi inter presentes vt si dicat quod titius fuit stipulatus nisi enim dicat quod fuerint pñsentes notarius diceret falsum.vt.l.j.in prin.de verbo.obliga.

7 Sed †donatio potest fieri inter absentes dũmodo interueniat nuntius vel epistola.ꝛ posito quod non interueniat licet donatio sit nulla notarius tamen non dicit falsum ꝛ pro ista fuit cõ-

8 sultum.ꝛ facit in arg.ista glos.†quod par non possit fieri inter absentes vel absenti:nemine recipiente pro ipso. vide Bal. in l.ij.ante fi.j.de lib.ꝛ eorum lib.ꝛ quod no.Bar.in.l.labeo.ff.de

9 pactis.¶ †Quid autem in cessione actionum.vide Cal.in.l.p diuersas.j.mand.in.xiij.q.cetera circa istam glossam an dicat verum in casu in quo loquitur.vide hic per docto.ꝛ tetigi in.l. precedẽti.ꝛ in ista.l.Guil.de cu.tractat de materia insinua.donationis.de qua per Bar.in.l.modestinus.ff.de donatio. ꝛ in addi.Spe.de instru.edi.§.fi.ꝛ dicit hic Bal.ꝙ quilibet potest stipulari pauperibus absentibus ꝛ verbis in eos directis per glo.que est.j.q.vij.c.quoties cordis oculus.ꝛ tene mẽti ista qꝫ sunt multum vtilia.

a ¶ Pñt ex iusta cã. Adõ.c.j.et ibi doc. de reb9 eccl. non ali.lib.vj.

2 ☞ Casus in quo res que non est in alicuius dominio vt est res sacra vendicatur.

Oẽs actiones que dantur in rem ꝛ cõtra quẽlibet possessorem possunt dici vendicationes.

Ciuitas vendicat ciuem suum ratione superioritatis:quã habet in eum.

3 Episcopus põt agere non solũ ꝑ bonis epatus sed etiã ꝑ bonis cuiuslibet ecclesie sibi subdite lꝫ ille habeãt specialẽ rectorem qui tñ prefertur epo.

Sacriste quorũ custodie sunt res cõmisse pñt agere ꝑ earũ recuperatione cessantibus alijs implorãdo officiũ iudicis idem in alijs quibus cõmissa sit custodia rei.

4 Actio in factũ qñ cõpetat ꝛ qõ sit triplex vna specialis alia generalis ꝛ alia genenerallissima.

5 Anime hominum seu vita hominum debent preferri quibuscunꝙ rebus.

Res subiecte restitutioni possunt alienari ꝑ saluãda vita grauati vel ꝑ redimẽdo eũ a carceribus vel tpe famis sicut in causam dotis ꝛ quid in rebus ecclesie.

6 Lex noua põt extẽdi ad pterita pẽdentia qñ hoc in ea expresse cauetur ꝛ qd in ptinẽtibus ad ordinẽ iudicij.

1 Sancimus nemini. †No. istã l.contra illos qui recipiunt pignori calices vel cruces ecclesiarum:vt perdant pecuniam ꝛ illa restituãt quia postquam semel sunt dedicata diuino vsui non debẽt redire ad humanum.quod intelligit Inno.etiam ex pacto apposito in con-

2 tractu.vt ipse no.in.c.verum.de foro competẽ.¶ †Item not. casum in quo res que non est in alicuius dominio vt est res sacra vendicatur.nã vendicatio competit non solum ratione dominij:sed ratione iuris realis.omnes enim actiones que dantur in rem ꝛ contra quemlibet possessorem possunt dici vendicationes.vt in.l.si fundus.§.in vẽdicatione.ff.de pig.sic ꝛ ciuitas vendicat ciuem suum ratione superioritatis quam habet

3 in eum vt.l.j.§.per hanc.cum ibi no.ff.de rei ven. ¶ †Itẽ nota tertio in ver.episcopos.cũ glo.ꝙ eps potest agere non solũ pro bonis epatus sed etiã pro bonis cuiuslibet ecclesie sibi subdite licet ille habeant specialem rectorem:ille tamẽ rector preferretur epo.vt no.in.c.cum deputati.de iudi.per Inno.ꝛ ad-de.c.cum dilectus.de succes.ab intest.ꝛ de religio.do.c.cum venerabilis.ꝛ de rescrip.c.transmissa.¶ Item not.in ver.custodes.bonum tex.quod sacristarij quorum custodie sunt ista cõmissa possunt agere pro recuperatione ipsorum alijs cessantibus intellige implorando officium iudicis non per actionem vt in.l.non tantum.ff.de peti.here.ꝛ idem videtur in quocũꝙ alio cui sit commissa custodia rei.ar.j.si per vim vel alio modo l.j.ꝛ.ff.si cer.peta.l.cum filius.ꝛ de libe.cã.l.igitur.§.si opera.

4 ¶ †Item no.ad hoc semper allegatur ista.l.de actio.in factũ generali que competit ex varijs figuris causarum.nec alibi melius habetur quam hic.nam datur vbicũꝙ equum est actio dari ꝛ non apparet aliquam specialẽ actionem proditam vt contingit hic qñ vasa sunt conflata:quia nõ datur vendicatio:sed actio in factum ad estimationem que cõcurrit cum certi condictione generali:vt hic patet dum dicit per cõdictionẽ. de ista etiam loquitur.l.fi.j.de peti.here.ꝛ de iure deli.l.fi.§.licẽtia.et ista actio in factum est triplex.vna specialis que competit vbi cessant verba.l.ꝛ tñ eadẽ mẽs ꝛ ratio legis vt est illa que cõpetit loco actionis legis aquilie qñ cessant eius verba quod dic. vt.j.ad.l.aquil.l.de pecoribus.¶ Itẽ alia generalis que cõpetit loco omnium interdictorum vt insti.de interdic.§.pe. Itẽ generalissima de qua hic que interdum concurrit cum actione pres.ver.vt quãdo cõpetit ratione alicuius contractus in quo verba interuenerunt.ꝛ dubitatur quis contractus sit vel que specialis actio detur vt in.l.quoties.ꝛ ibi plene no.ff.de pscri. ver.aliqñ datur ex dispositione legali propter equitatẽ non ratione verborũ.ꝛ tũc loquitur hic.nec tũc datur actio prescri.ver.

5 ¶ †Item no.circa fi.illud ad qõ allegatur ꝙ anime hominum idest vita hominũ debẽt preferri quibuscũꝙ rebus.vnde pro saluando vitam alicuius res quantumcũꝙ prohibite alienari potuerunt.ꝛ sic est arg.ꝙ res subiecte restitutioni sicut possunt alienari in causam dotis.ꝛ ita pro saluanda vita grauati vel pro redimendo ipsum a carceribus vel tempore famis. de hoc no.in aut.res que.j.cõia de leg.ꝛ res ecclesie etiã immobi-

a les possunt ex iusta causa[a] pietatis alienari.vt no.xij.q.ij.i gl.

6 summe.¶ †Ultimo no.in fi.quod lex noua potest extendi ad preterita pẽdentia qñ hoc in ea expresse cauetur sic in.l.pri.in fi. ꝛ in.l.fi.in fi.Sed hoc dicit Bar.verum in.l.imperiali.secus dicit in statutis ꝛ reformationibus ciuitatum per text.in aut. in medio litis non fieri sacras iussiones.in prin.ꝛ ipse no.in.l.omnes populi.ff.de iusti.ꝛ iure.Sed Bal.dicit hoc verum in ptinentibus ad decisionem cause.Sed si pertinent ad ordinem iudicij bene trahitur ad preterita pẽdẽtia super lite futura.ꝛ ita dicit se consuluisse.pro hoc allego tex.licet ipse nõ alleget in.l. fi.§.penul.j.de iura.calum.

2 ☞ Quando contra te allegatur aliqua res que loquatur in ecclesia:si nõ occurrit alia cõgrua responsio potest dicere speciale est in ecclesia.

1 Sancimus. †Nota hic ar.si sit statutũ ꝙ de rebus que perueniunt ad aliquem ex causa lucratiua:puta donationis vel vltime voluntatis soluatur certa gabella maior ꝙ̃ de alijs contractibus vt est bononie non comprehenduntur ecclesie vel pia loca posito etiam ꝙ de alijs contractibus ecclesie

2 soluerent gabellam.¶ †Item no.ar.in fi.quando contra te allegatur aliqua.l.que loquatur in ecclesia si nõ occurrit alia cõgrua responsio potes dicere speciale est in ecclesia ꝑpter rõnẽ que hic ponitur in tex.

2 ☞ Fideicommissum vniuersale dicitur hereditas ꝛ fideicõmissarius heres.

3 Uerbũ relinquo an importet institutionẽ directã.ꝛ nu.10.

4 In fideicõmisso relicto ad piaꝫ cãm ecclesijs vel pijs locis seu pauperibus nõ requirit restitutio verbalis vt transferant iura hereditaria.ꝛ an requirat additionẽ heredis.

Omnia priuilegia que dantur ecclesie dantur etiam pauperibus.

An valeat donatio facta in redemptionẽ captiuorũ si aliquis non recipiat nomine eorum absentium.

5 Si aliquis se absentauit a patria et ignorat an viuat quousꝙ aliqua indicia sint de morte presumitur viuere vsꝙ ad etatem centum annorum nisi probetur contrarium.

6 Statutum disponens bona immobilia nõ posse alienari in ecclesias vel pia loca.an valeat.ꝛ si disponat qõ non possint alienari in non subditos an comprehendat ecclesias.

7 Contra ciuitatẽ vel fiscum quanto tempore prescribat.ꝛ nu.8.

8 Quid in fisco ecclesie.

9 Licet in aliquibus casibus reperiatur dominium acquiri sine apprehẽsione possessionis vel sine traditione quod tamẽ etiã in eis casibus non possit possessio acquiri sine apprehensione corporali.

Potest fieri statutum qõ possessio que erat apud defunctũ cõtinuetur in heredem ipso iure absꝙ corporali apprehensione.

Possessio trãslata per modum fictum dicitur vera possessio.

10 Si ille qui vendidit vni iterum vendat eandem rem alteri.an vterꝙ emptor habebit dominium.

Ut inter

1 T inter diuinum. †Eccl'ie pia loca ⁊ mise-
rabiles persone ⁊ etiã ciuitates habent priuilegiũ
circa prescriptionem vt contra eas non prescriba-
tur minori spatio.c. annorum in relictis in vltima voluntate
donatis et venditis ac etiam circa dominij acquisitionem in
casibus predictis vt acquiratur ipso iure ex solo contractu si-
ne traditione ac etiam tacita hypotheca vt eam habeant in di
ctis casibus hoc dicit. Et inquantum loquitur de relictis in
vltima voluntate non est nisi vna specialitas scilicet circa
prescriptionem non autem circa acquisitionem dominij vel
tacitam hypothecam quoniam illas habent etiam alij pro re-
bus legatis et per fideicommissum relictis. vt in.l.j. commu-
nia de lega. Sed inquantum loquitur de donatis aut vendi-
tis: tunc in illis habent tria priuilegia scilicet tam circa pre-
scriptionez ꝙ circa dominij acquisitionem ⁊ hypothecaz: quo
niam illis non acquiritur dominium ex solo contractu sed re-
quiritur traditio.ff.de rei ven.l.si ager.⁊.j.de rei ven.l.penul.
et de pac.l.traditionibus.nec etiam regulariter habent alij ta-
citam hypothecam sed dumtaxat in certis casibus de quibus
in titu.in qui.cau.hy.ta.contra.ff.⁊.C. Extra casus vero de qui
bus hic iste persone non habent ista priuilegia. ¶ Et diuide
quia primo ponit proemium.et etiam statutum obscurum cir
ca tempus prescriptionis vsq; ibi. et nobis. Secundo illud de
clarat ponendo spatium.c.annorum vsq; ibi.fine. Tertio con-
cludit in premissis et etiam addit duo alia priuilegia de acqui
sitione dominij dando eis rei vendicatio.et circa tacitam hy-
2 pothecam veniamus ad casum. ¶ †In text.ibi aliquam reli-
querit hereditatem subaudi directo instituendo vt differat ab
eo quod.j. subijcit a fideicommisso. nam etiam fideicommis-
sum vniuersale dicitur hereditas et fideicommissarius heres.
vt in.l.si fili⁹.§.si filio.ff.quod cum eo.et sic nota hic diligenter
ꝙ verbum relinquo adaptatur ad institutionem directam vt
etiam apparet ante si. Si ergo aliquis dicat relinquo bona
mea tali videtur ipsum directo instituere heredem. et sic pro-
pria autoritate potest capere bona.sed si importaret fideicom
missum vniuersale tunc venientes ab intestato succederent
directo et ille haberet petere ab eis restitutionem et ante fa-
ctam restitutionem verbalem non posset propria autorita-
te capere.et venientes ab intestato detraherent quartam tre-
bellianicam que non detrahitur de directa institutione. vt.j.ti
3 tu.j.si quis ad declinandam. † Sed an hoc sit verum quod
a verbum relinquo[a] importet institutionem directam.vide per
glos.et docto.in.l.his verbis.in princip.ff.de heredi.insti.quia
si non erat alius institutus importat institutionem. alias im-
portat fideicommissum.nisi qualitas persone contrarium sua
deat vt si relinqueretur filio suo pro legitima: nam tunc debet
relinqui iure institutionis ad hoc vt testamentum valeat.nam
si relinquit sibi certam quotam videtur relinquere iure institu
tionis ad quod vide quod nota. Bald.in.l.humanitatis.j. de
impub.et ali.substi. Si vero res singulares secus.⁊ sic non va-
leret testamentum nisi diceret relinquo pro legitima. per ea
que nota.per Bartol.in autenti.vnde et si parens.j.de inoffi.
4 testa. ¶ †In text.ibi vel fideicommissum subaudi particula-
re siue vniuersale ex isto text. coniuncto fin.vbi habetur ꝙ do-
minium acquiritur sine traditione Barto.disputando in que
stione que incipit. Titius filium determinauit notabiliter val
de ꝙ in fideicommisso relicto ad piam causam ecclesijs pijs
locis vel pauperibus non requiratur restitutio verbalis: de
qua loquitur tit. ad trebel.quantum ad hoc vt transferantur
iura hereditaria actiue et passiue.imo statim impleta condi-
tione fideicommissi.et eo purificato transferuntur omnia iu-
ra.et hoc est quotidianum. quia testatores morientibus filijs
sine liberis relinquunt omnia bona pauperibus. Certe si fi-
lij decedunt relictis extraneis heredibus executores testamen
ti vel episcopus qui est executor legalis.vt.j.titu.j.l. nulli.non
habent necesse petere ab illo herede extraneo restitutionem fi-
eri. Sed possunt capere propria autoritate ac si esset facta.et
mouere actionem contra hereditarios debitores vel possesso-
res rerum .quod perpetuo tene menti.et licet Bal. hic nitatur
probare contrarium plus placet determinatio Bartol. nam
etiam secundum Baldum tale fideicommissum non requirit
aditionem hereditatis.⁊ constat quod illud tribuit restitutio
verbalis fideicommissario vniuersali ꝙ tribuit aditio heredi
directo. Sed si indirecto heredi non requiritur aditio ergo nec
in fideicommis. requiritur restitutio. Bald. tamen se mouet
per.l.omnibus.ff.ad trebel.vbi in fideicommis.relicto ciuitati
requiritur restitutio.et hic equiparantur ciuitas et pia causa.
Sed dic ꝙ iure illo non erat introductum priuilegium.de quo
hic. vnde posset dici idem in ciuitate hodie per hanc legem.
¶ In text.ibi sed et si in redemptionem captiuorum.dic idez
b si pauperibus in genere quia omnia priuilegia[b] que dantur
ecclesijs: dantur etiam pauperibus. vt in aut.de eccle.titu. et
per Bald.j.ad trebel.l. sancimus.ad fi.et not. istum text. con-
tra glos.que est in.l. illud.§.eo. dum hic dicit donate. ꝙ valet
donatio facta in redemptione captiuorum et tamen illi non
sunt presentes. Sed potest responderi per text. dum dicit legi
timo modo ꝙ intelligitur quando aliquis est presens qui reci
5 pit nomine absentium. ¶ †In text.ibi longissimum vite ho-
c minum tempus[c] dic iste text.semper allegatur. et per ipsum
dicitur ꝙ si aliquis se absentauit a patria et ignoratur an vi
uat vel mortu⁹ sit quousq; aliqua indicia sint de morte presu-
d mitur viuere quousq; peruenit ad etatem.c. annorum[d]. et ille
qui dicit eum mortuum habet necesse probare.de hoc vide per
6 Barto.in.l.ij.ff.quemad.te.ape. ¶ † Vltimo per istum text.
circa fi.dicit Bartol.fuisse determinatum per Oldra.in publi
ca disputatione ꝙ si statutum dicat bona immobilia non pos-
se alienari in ecclesias vel pia loca tale statutum non valet sed
dicitur esse contra libertatem ecclesiasticam. quia contra pri-
uilegium concessum ecclesijs per hanc.l. ¶ Certe ista.l. non
concedit priuilegium ecclesijs ꝙ possint emere vel donatio- a
nem recipere.hoc enim competit eis de iure communi sicut et
in alijs: quia non debent esse deterioris conditionis. Sed be-
ne conceditur eis priuilegium ꝙ ex solo titulo transferatur in
eas dominium. Istud autem statutum aufert ecclesijs ius
commune non autem priuilegium vnde tenendo opi. Inno-
e cen . ꝙ dicat contra libertatem ecclesiasticam [e] nisi quando
auferret priuilegium istud statutum non diceretur contra li- b
bertatem ecclesiasticam : sed tenendo aliam opi. de qua dixi
in aut. cassa. secus. Et per istum modum defendo Barto.
Sed si tale statutum non faceret expressam mentionem de ec-
clesijs.sed solum diceret ꝙ non possunt alienari in non subdi-
tos.tunc non comprehenderentur ecclesie. vt not. per Ioan.
and.in.c.j.de immu.eccle.lib.vj.secus in.l.imperiali generali-
ter loquente.quia cõprehendit ecclesias.vt.l.fi.j.de exac.tribu.
lib.x.⁊ ibi per Barto. ¶ Item ista.l.loquitur quando vẽdẽs c
vel donans erat dominus vt transferatur dominiũ quid si non
erat dominus an ex solo contractu transferatur vsucapiẽdi cõ
7 ditio vide ĩ spe.de loca.§.nũc vero aliqua. ver.lviij. ¶ †Pro
declaratione glos.que est super verbo centum et ad soluenduz
omnia cõtraria gl.opp.ꝙ cõtra ciuitatem nõ prescribatur mi
nori spatio.c.annorum.quia video ꝙ cõtra fiscum interdũ pre d
scribitur quadriẽnio.vt in.l.intra quatuor.ff.de diuer.⁊ temp.
prescrip. Aliquando spatio.xx.annorum. vt in.l.in omnibus.
eo.ti. Aliquando spatio.xxx.annorum sine ti.⁊ bonafide.vt in
l.sicut.⁊.l.omnes.j.de prescrip.xxx.annorum.vel longo tempo
re cũ ti.⁊ bona fi.vt in.l.fi.j.de prescrip. lon.tẽp.⁊ fiscus est ma
gis priuilegiat⁹ ꝙ ciuitas particularis. vt.ff.ad munici .l.nõ
debere.propter hoc glo.dat multas solutiones. Sed aduerte
quantuz ad fiscum aut loquimur de iure acquisito fisco perdẽ
do et in illo fiscus vtitur iure priuati vt prescribatur contra ip e
sum aliquando longissimo aliquando longo.vt.§. dictum est.
Interdum querimus de iure nondum quesito vel incorpora-
to fisco vt si aliqua bona sunt fisco delata vel ratiõe delicti ali
cuius vel quia decessit sine herede ⁊ sic sunt bona vacantia vel
ex alijs causis de quibus habetur.in.l.j.ff.de iure fi.tamẽ fiscus
vel eius officiales nondum acceperunt possessionem bonorũ.
Et tunc si talia bona sic delata ipso iure fuerunt fisco denuntia
ta tunc si postea negligit per quadriennium capere possessio-
nem prescribitur contra fiscum.vt.d.l.intra quatuor.j. de qua
dri.prescri.l.j.⁊.ij. Si vero non erant adhuc denuntiata tunc
prescribitur contra fiscum.xx.annis.vt in.l.omnibus. de diuer.
et tẽpo.prescrip.allegata hic in gl.pro cõtraria nisi prescribẽs
haberet ti.et bonam fidem.quia tunc prescriberet.x.annis in-
ter presentes sicut contra priuatum. Et predicta in fisco impe
8 riali vel temporali. †Sed in fisco ecclesie distinguitur aut ĩter
romanã ecclesiam ⁊ requiruntur.c.anni etiã in talibus nonduz
incorporatis.aut in alia ecclesia.⁊ sufficiunt.xl.vt est hodie ca-
sus.in.c.ij.de prescrip.lib.vj. In ciuitatibus vero particulari-
bus que nõ habẽt iura fiscalia in tribus casibus de quib⁹ hic
nõ prescribit minori spatio.c.annorum.⁊ sic sunt melioris con
ditionis ꝙ fiscus in hoc.quia in alijs fiscus est melioris vt hic
in prima sol.glo. Extra istos casus cõtra ciuitates prescribit: si
cut cõtra priuatos.qr instar priuatorũ obtinent.vt in.l. eũ qui
vectigal.de ver.sig.⁊ idẽ dicunt doc.in castris subiectis ciuita
ti quasi sint membra eius.vt.l.q ex vico.ad municip.lz glo.sen
tiat cõtrariũ in.l.si finita.§.si de vectigalib⁹.de dam.infect. Ali
quando vero ẽt cõ priuatos nunꝙ prescribit.s.in facultate vten-

a ¶ Verbum relin quo.adde tex. ĩ.l. fi.ff.de tab.exhib. gl.in aut.de here. ⁊ falc.in.§.si vero. doc.in.c.Ray. de testa.

b ¶ Oĩa priuilegia. adde Bal.ĩ.l.pe. in.§.cũ aũt.in vlt. co.C.ad turpil.li- mita hoc cẽ veruz in re q̃ sit veri dñij ecclesie.sec⁹ si res sit q̃si dñij eccl'ie.

c ¶ Vite hominũ tps.adde Inn.in c.veniẽs. de filijs psb.Io.de ana.in rubrica de delictis puero.

d ¶ Ad etatẽ cẽtũ annoruz.adde an elapsis cẽtuz ãnis presumatur mor- tu⁹.vide p Sali. h ⁊ p glo. Bart.⁊ doct.in.l.ij.in.§.si dubitet.ff.quẽad. testamen.aperiã.

e ¶ Cõtra liberta tem eccl'iasticam. adde tex.in.c.ij.de ver.sig.li.vj. bal. in.l. cunctos po- pulos.C. de sum- matri. Abb.con. lxxiiij. inci. pñs dubium.

di rebus ad vsum publicum destinatis. puta via publica vel platea nam etiam si per.c. annos quis non iret non perderet facultatem eundi. vt in.l.via publica.ff.de via public.et in fin. huius glosse. quia illa via non est in patrimonio publico sed in publico vsu. et ea que supra dixi locum habent in his que sunt in patrimonio. ¶ In glos. que incipit vtilem dic imo potest dici directum. quia directum dominium est acquisitum licet ex priuilegio huius legis secundum Bald. ¶ In glos. ibi soluto pretio. dic hec vera. nam ante pretium solutū obstat ecclesie exceptio. vt.l.iul.§.offerri.ff.de act.empt.et vbicunq; obstat exceptio habenti actus ibi dominium non transfertur ipso iure etiam vbi alias transferretur si exceptio non obstaret. vt in.l.sempronius attalus.ff.de vsufruct.le.secundum Bald.
9 ¶ In gloss.j.respondeo non dic.not. istam gloss. quia licet in aliquibus casibus reperiatur dominium acquiri sine apprehensione possessionis vel sine traditione. vt placet in herede adeunte. tamen nunquam reperitur etiam in dictis casib⁹ possessio acquiri sine apprehensione corporali. et hoc etiam vult gl.clarius.in.l.cum duobus.§.item respōdi.ff.pro socio. Ratio vero sumitur ex.l.j.§.sceuola.ff.si quis te. liber esse ius.fu. posset tamen hoc induci per consuetudinem. vt.c. ex literis. de consue. vel propter statutum. vnde in plurib⁹ locis vidi statuta q possessio que erat apud defunctum ipso iure cōtinetur in herede absq; corporali apprehensione. et vide per Cy.in.l.ea le
10 ge.post princip.j.de condi.ob causam. ¶ † In glo. ibi prelata vtili directe etc. Ista ratio est falsa quia presupponit q vterq; emptor habeat dominiū primus vtile. secundus directū q nō est verum. imo primus habet directum licet translatuz preter iuris regulas scilicet sine traditione. nam possessio translata p modum fictum dicitur vera possessio. Et hoc presupposito secundus emptor nullum dominium potest habere. quia venditor nullum habebat cum ipsum trāstulisset in primum emptorem ex solo cōtractu. ¶ Ultimo ad id qđ dixi in primo notabili de verbo relinquo. vide bonam glossam in aut. de heredi. et fal. que incipit no. verbum.

2 ☞ Prescriptio decem vel viginti annorum quando contra quem et in quibus actionibus currat.
3 Quid in prescriptione triginta annorum.
4 Prescriptio.xxx.annorum est mere odiosa et sic restringenda sed vsucapio est mere fauorabilis. et quid de prescriptione.x. vel.xx.annorum.
5 Romana ecclesia est illa cui preest papa immediate et cui⁹ ipe est specialis episcopus.
Ecclesia lateranēsis que dicitur sancti Saluatoris fuit prima ecclesia totius orbis et multa habet priuilegia.
6 Priuilegiat⁹ qn̄ concurrit cū priuilegiato priuilegia confunduntur et habētur ambo pro non priuilegiatis. et quid si vnus tractat de dāno vitando alter de lucro.
Ecclesia quanto tempore prescribat contra alteram.
7 Quanto tempore prescribat contra priuatum.
8 Per identitatem vel maioritatem rationis non debet induci legum correctio. et quid in correlatiuis et quid si in ipsa lege exprimatur ratio motiua ipsius.
9 Si concedatur alicui ecclesie q contra eam non prescribat nisi centum annis an hodie talis concessio valeat: licet in ea nō cōtineatur clausula non obstante quacunq; alia lege.
10 An valeat concessio q nulla possit obijci prescriptio.
11 Contra prescriptiones que currunt contra ecclesiam vel ciuitatem an poterit ecclesia vel ciuitas restitui in integrum.
12 Ecclesia si successit ei contra quem ceperat currere prescriptio x.vel.xx.vel.xxx.annorum. tunc pro tempore preterito ecclesia vtitur iure priuati. sed pro futuro vtetur priuilegio suo.

1 uas actiones. † Ista autēti. tria facit. nā primo declarat que prescriptio currat contra priuatos in actionib⁹. de quibus in fi.l.prece. scilicet personali et in reali. rei ven. et hypothecaria vsq; ibi si loco. Secundo corrigit legem codicis in eo quod dixerat contra ecclesias et pia loca non currere minorem prescrip.c.annorum. Et reducit eam ad annos.xl. Tertio confirmat eam in sola ecclesia romana vt contra eam non currat minor centenario. Et predicta in prescriptionibus maioribus decennalibus. sed reperiuntur alie prescriptiones minores vt vsucapio in rebus mobilibus. Itē quadriennij contra fiscum. de qua dixi in.l.precedenti. Et etiā vltra text. reperiuntur prescriptiones annales et sex mensium vt in redhibitoria et q̄to minoris et in actione de dolo incurrit prescriptio biennij: et in alijs. dicit nihil immutari nec per l.codicis nec per istam. quia omnes sunt equales. tam ecclesie q ciuitates et etiam priuati. et vide circa hoc Dy. in regu-
2 la bone fi. de regu. iur. ¶ † In text. ibi decennalis. dic ista currit contra rei vend. dummodo prescribens habeat ti. et bonā fidem. et etiam prescribat contra presentem. Sequens vero vicennalis quando contra absentem. vt.j.de prescrip.lon.temp. per totum. In actionibus vero personalibus non currunt. In hypothecaria vero similiter currunt si prescribens habeat
3 ti. et bonam fidē. vt.j.si aduer.cri.per totum. ¶ † Tertia vero scilicet tricennalis currit tam in personalibus actionibus q etiam in realibus quando prescribens non habet titulum vel non habet bonam fidem.j.de prescrp.xxx.anno.per totuz. hoc tamen vltimo de bonafide corrigitur per ius canonicum: qr sine ea nulla prescriptio currere potest. vt in.c. fin. de prescrip. et in.c.ij.de regu.iuris.lib.vj. Bartol. tamen.in.l.sequitur.§.si viam. de vsuca. dixit iura canonica debere intelligi solum in realibus actionibus que currunt ratione possessionis: quia nisi quis possideat non prescribit in realibus. vt in regula sine possessione. Non autem habent locum in personalibus in quibus currit prescriptio non ratione possessionis quia non
4 est dare eam. † nam debitor meus non possidet actionem meā nec rem aliquam meam currit ergo solum ratione negligentie mee. Ideo si negligo. per.xxx. annos. licet debitor sciat se debitorem prescribitur contra me. Communiter tamen ista opinio reprobatur per canonistas: et etiam legiste non tenent vt not. Bald. in.l.ij.j.de serui. et aqua. et etiam idem Bart. videtur tenuisse contrarium. in.l. omnes populi. de iust. et iur. in ij. vel.iij.qō. principali. super quibus possint fieri statuta. Et adde quod prescrip.xxx.annorum est mere odiosa ideo restringenda. Sed prescriptio.x.vel.xx. partim fauorabilis scilicet respectu prescribentis qui habet titulum et bonam fidez partiz odiosa scilicet respectu eius contra quem prescribitur. ideo non tantum restringitur vsucapio. et ideo est mere fauorabilis. vt hec habentur. in.l.edicto circa finez.j.de edic.diui.adri. tol. ¶ In text. ibi.xl.annis clauduntur scilicet indistincte siue prescribens habeat titu. siue non etiam de iure canonico nisi contra ipsum sit dispositio iuris communis: quo casu etiam de iure canonico requiritur titulus: tamen sufficit titulus etiam inualidus. vt hec habentur in capitulo de quarta. de prescriptio. et eodem titu.c.j.libr.vj. et in hoc ista auten.
5 approbatur per iura canonica. ¶ † In text. ibi sola romana
a ecclesia:[a] dic romana ecclesia est illa cui preest papa imediate.
1 Ipse dispice. †Reus non tenetur edere actori librū proprium rationum vel proprium instrumētum nisi ex iusta cā in iure expressa: cuius indagatio pertinet ad iudicis officium: ideo qui vult agere non debet confidere de tali editione sibi facienda: sed debet preparare sibi alias probationes ne succumbat et in expensis condemnetur si probare non potest. h. d. in effectu ista. l. que legitur duobus modis in glo. s. in editione rationum et in editione instrumēti. Uenio ad casum. Aduerte quia oportet aperire aures in isto titulo. Io non hebbi mai che mi legesse a principio queste lege come te lego a te io te imboco. Et credo che e vno grande euantagio quello che dico. ¶ In tex. ibi deberi tibi probes subaudi et nō cōfides de exhibitione fiēda per aduersariū tuu3 cum illa nō sit facienda nisi ex causa a iure expressa. et tu in tua petitione nō exprimis mihi aliquam causam propter quā illa posset cōpelli: vnde non possum tibi precise cōsulere. Melius ergo facies inspicere et videre an habeas alium modū probandi per testes vel instrumenta. ¶ In glos. §. ibi vel alia dic hec

vera nõ procedẽs q: in tex. ponit̃ pro cõstãti ꝙ volebat agere ex causa depositi nõ alia. ¶ In glo. que icipit vt faciat in prin
2 cipio ibi. §. prohibet. dic imo est. §. pertinere. † Et dum glo. dicit nõ aliter dic: imo sunt tres alij casus. s. si reus aduersarius vteret̃ tali libro producendo ipsum in iudicio contra actorẽ in aliqua pticula. nã teneretur etiã ostẽdere illum in alio loco ad cõmodũ actoris. vt. l. j. §. edẽda. ff. co. ¶ Item est alius cas⁹ si actor esset priuilegiatus: vt est fiscus. nã sibi debet fieri editio ad intẽtionẽ fundãdam tam rationũ ꝙ etiã instrumentorum: etiã si nõ fuissent scripte mandato suo. vt. l. ne quisꝙ. ff. eo. titu.
3 ¶ † Item est tertius casus odio rei vt si esset vsurari⁹ ᵃ q tene-
a tur suos codices edere etiã ad fundandã intentionẽ actoris: vt in cle. j. de vsur. Et vide qđ plene not. per Inno. in. c. j. de fide instru. ⁊ Spe. eo. tit. §. restat. Et sic sunt quatuor casus in quibus reus tenetur edere actori ad intentionem fundãdã librum pro priũ rationũ. Si autẽ nõ scripsisset de mãdato actoris. sed suo proprio arbitrio in libro suo secreto et non esset vsurarius nec illũ librũ pduceret pro se nec actor esset priuilegiatus nõ teneret̃ talẽ librũ pducere cõtra se ad intẽtionẽ actoris fundãdam: sed ad fundatã coadiuuandã remedio replicationis bene tene-retur edere sicut ⁊ etiam instrumẽtũ ppriũ edere tenet̃: vt in se. lec. ⁊. j. e. l. fi. ¶ In glo. ibi. cum femina non possit esse argenta
b ria. ᵇ ⁊ dic ꝙ ista editio rationũ petebatur ab argentarijs. nam in illis loquebat̃ edictuꝫ pretoris factũ sup ista materia: vt. ff. eo. l. pretor. in prin. Sol. vt in glo. nam etiã ab heredibus argẽtarijs poterat peti. vt in. l. quedã. §. j. ⁊. l. si quis ex argẽtarijs. §. j. Sed alij timore huius ɔtrarij dicũt ꝙ ista lex nõ loquitur in editiõe rationũ sed instrumẽtorũ. Et exponũt rationes. i. instrumẽta vel instrumẽtum. Et tenẽdo istã lec. intelligit ꝙ notarius fuit rogatus de isto deposito facto penes istã mulierem. ⁊ ꝙ ipsa mulier recollegit instrumẽtũ a notario de sua pecunia
4 ⁊ sic est suũ respectu dominij. ¶ † Querit̃ ergo si actor nõ põt habere a notario. q: mortuus est: ⁊ non reperiunt̃ pthocolla ei⁹ vtrũ possit cõpellere istũ aduersariũ ad edẽdũ illud instrumẽtũ. Et ex primo capite ꝙ factũ fuerit eo mãdãte. clarũ est ꝙ nõ quantũ ad istũ aduersariũ. q: nõ recollegit de mandato istius actoris. sed suo arbitrio. tamẽ adhuc dicit̃ hic ꝙ ex cã põt compelli. Glos. dicit ꝙ cã iusta est isto casu qñ actor non poterit ad intẽtionem suã fundãdam: q: iã esset fundata per alios testes vel instrumẽta. Sed ad ipsam coadiuuandã per replicationeꝫ vt. d. l. fi. Ponamus eñ qđ ista res excipiebat de pacto de non petendo cõtra intẽtionẽ fundatã actor replicabat de posteriori pacto de petẽdo de quo dicebat apparere p dictũ librũ tũc cõpellit̃ ipsum heredẽ nõ qñ ad intẽtionẽ fundandam. l. qui accusare. Certe si reus vteretur dicto instrumento pro se in aliqua particula teneret̃ facere copiã actori de toto: vt in. d. §. edenda. vt possit tũc actor aduersus ipsam se iuuare. Itẽ si esset actor priuilegiatus adhuc esset iusta causa. Et eodẽ modo si reus esset vsurarius ⁊ ita supple ad glo. Sed si peteret̃ editio a notario q fuit rogatus de instrumento ille teneret̃ edere. i. publicare
5 ad instantiam rogãtis ⁊ nõ alterius. † Sed quid in ipsis mercatoribus qui tenent libros in quibus scribũt oĩa que habent agere cũ alijs. an teneant̃ illos edere. dicit Ja. bu. ⁊ Bar. ꝙ sic. quia ẽm cõsuetudinẽ cõmunẽ illi qui vadũt ad eos. ⁊ habẽt cũ illis agere videntur consentire ⁊ mãdare vt scribãt in libris eorũ ⁊ sic dicũtur scripti mandato illorum qui cũ eis habẽt agere vt in. d. §. pertinere. Sed Bal. sentit hic cõtrariũ p argumentũ ex speciali ꝙ sumit̃ ex illa clemen. prima de vsur. nã ibi est specia le in eis tenẽt libros. ergo in alijs hoc nõ est ⁊ argumentũ istud est difficile. Et forte Bal. de iure verius dicit. Et sic nisi qs p bet se mãdasse ꝙ scribatur nõ põt quis compelli ad edendũ librũ suum etiã si publicã artẽ faciat ⁊ libruꝫ teneat. Sed si põt probare tũc edere teneretur etiã si nõ gerat publicã artẽ. sed in secreto teneat librũ suũ. Sed contra dictũ Bal. ꝙ originaliter fuit dictum glos. in. d. cle. j. de vsur. facit determinatio Guil. de cu. in. l. edita. qui tenet mercatores hodierni q conficiũt ⁊ retinẽt libros in publico presumantur. ⁊ oĩa scribere de mãdato illorum qui cũ eis contrahũt ⁊ sic teneat̃ indistincte edere. ⁊ allegat. l. si. j. de pact. cõ. ⁊ Bal. videtur hãc determinationẽ sequi et sic sibiipsi cõtrariari. Solu. reducẽdo ad cõcordiam dic ꝙ si ille qui petit edi librũ a mercatore asserat se expresse mãdasse ꝙ scriberet non tñ põt aliter probare presumatur pro eo qđ dicat verũ pter hoc solũ ꝙ ipse gerit publicã artem ⁊ facit publicũ librũ. ⁊ ita loquit̃ Guil. de cu. An. hic non asserit ꝙ expsse mandauerit. sed fundat se in tacito ⁊ psumpto mandato resultante ex publica arte. ⁊ tunc procedat dictum Bal. ⁊ etiã dictũ glos. ꝙ hoc nõ sufficiat ad cõpellendũ ipsum edere librũ. Similis distinctio fit in alia materia de qua in. l. si certis annis. j. de pact. ⁊. l. cũ de in rem verso. ff. de vsur. Conclude ergo ꝙ si peto a te vt edas codicẽ rationũ tuarum ad fundandam intentionẽ

a ¶ Usurari⁹. adde ꝙ de hoc salteꝫ sũmarie ɔstare deꝫ ita Card. ĩ cle. j. §. j. đ vsu. ⁊ ĩ ɔsi. suo crix. incipien. duo sunt examinanda. colũ. ij. ⁊ vtrobiꝙ ꝙ non soluꝫ librũ: sed etiaꝫ quãlibet aliam scripturaꝫ edere tenet̃. ⁊ addõ Jo. đ ana. in. c. q: nobis. de vsu. Et Laur. đ rodulfis ĩ repeti. c. ɔsuluit. eo. ti. Fran. Cur.

b ¶ Nõ possit esse argentaria. adde barba. con. j. ĩcip. magn⁹ ĩ. ij. volu. in. xviij. colũ. ver. ⁊ adduco simile ꝙ voluit glo.

c ¶ Dicunt̃ autẽ acta. Adde Inn. in. c. j. de proba. ẽ adde que notaui ĩ l. supplicare. §. vt lit. pendẽ. Franc. Cur.

meã in quinqꝫ casibus obtineo. s. si pbo me tibi expresse mandasse siue esses mercator siue nõ. Itẽ si hoc nõ probo tñ allego hoc ⁊ tu eras publicus mercator ẽm Gui. de cu. Item in alijs tribus de quibus. s. Extra istos secus. Et ita seruat̃ florentie. q: mercatores nõ tenent̃ suos libros ostẽdere nisi ei qui habet scripturã de manu ipsoꝝ cũ expressione soliꝫ ĩ quo dicatur esse scriptã suã rationẽ. Cetera vide hic per Bar. notanter.

2 ¶ Notarius actorũ nõ debet dare copiã eorũ nisi de manda to iudicis: sic etiã nõ posset aliquã productionẽ recipere que fieret a partibus nisi in presentia vel de commissione iudicis.
3 Acta dicũtur ille scripture que fiunt de his actibus qui fiunt corã iudice: siue per modũ cõtentiose iurisditionis siue voluntarie. ⁊ quare dicantur publica.
Dominium talium scripturarũ nõ est alicuius priuati etiam ipsius notarij scribentis sed est illius reip. cui⁹ autoritate sunt confecta.
4 Notarij qñ dimittunt officium nõ portãt secum librũ actoruꝫ sed dimittũt in camera ɔmunis sub custodia officialis ad hoc deputati qui vocatur comẽtariensis ⁊ vnicuiꝙ petẽti copiam pro suo interesse tenet̃ eam facere.
Iudex maleficiorum debet facere tradi inquisito vel accusato copiam inquisitionis vel accusationis ⁊ omnium actorum cõtra eum ⁊ etiam copiam indiciorum propter que iudex vult ad torturam deuenire.
5 Iudex semper debet attendere ad veritatem reperiendam ⁊ illam sequi omissis cauillationibus.
Iudici pertinet dirimere lites.
6 Actorum copia an sit fienda alicui ex litigatoribus.
Quid de editione fienda iudici.
7 Iudex appellationis potest mandare iudici prime cause vel etiã notario vt sibi mittat originalia acta ⁊ simil'r mãdare parti que haberet sententiã in publica forma cõtra quã fuit appellatũ ꝙ ipsam exhibeat ⁊ si nõ velit exhibere ĩ termino assignato an poterit pronuntiare ꝙ illi sententie non detur fides.
Successor iudicis coram quo facta sunt acta non põt ferre sententiam nisi acta videat.
Verbalis productio quando sufficiat.
8 Iudex ordinari⁹ qui delegauit audientiam cause reseruata sibi sñia tenet̃ ipse adesse in principio medio ⁊ fine ⁊ ꝙ debeant ei exhiberi acta gesta coram illo commissario.
9 In singulis actibus cũ producit̃ aliqua scriptura vel aliquod instrumentũ de more est ꝙ petitur ⁊ datur termin⁹ ad recipiẽdum copiam et opponendum.
Quid in attestationibus receptis.
10 Actorũ copia est danda vnicuiꝙ petenti et iurãti sua interesse etiam si non fuit in iudicio.
11 Quid si petatur a priuata persona.
12 Quid in alijs instrumẽtis facientibus ad causam ⁊ sic alteri⁹ partis q: recollegit de sua pecunia: an sint edẽda priuato.
13 Attestationes recepte pro me ɔtra vnũ in vno iudicio an pro sint mihi contra alium in alio iudicio.
14 Attestationes recepte contra te in vna instãtia: ⁊ pro me: si forte perempta sit instantia ⁊ ego reincipio nouam instantiaꝫ an ille attestationes fidem faciant in noua instantia absꝙ eo ꝙ testes iterum examinentur.

1 IS apud quem. † Acta publica sũt edẽda cuilibet pretendenti interesse hoc dicit ẽm cõem lec. Et ad infinitos casus allegatur tãꝙ singularis. Venio ad casum. Habui litigiũ tecũ corãm dño potestate vel eius vicario modo tunc in calculo ferende sententie volo habere consilium cũ aduocato meo vado ad notariũ a quo peto copiam omniũ actorũ ⁊ notari⁹ denegat vnde nõ possum habere ɔsiliũ ab aduocato si non videt acta. Unde dicit imperator vade ad iudicẽ cause corã quo acta sunt facta inter te ⁊ aduersariũ ⁊ ipse iube
2 bit illa tibi dari. ¶ † In text. ibi is apud quem. i. iudex: ⁊ sic facit ꝙ notarius actorũ nõ debet dare copiã eorum nisi de mãdato iudicis. ⁊ iudex põt ipsum cõpellere ad dãdũ. Sic etiã non posset aliquã productionẽ recipere que fieret a partib⁹ nisi in psentia iudicis vel de ipsius cõmissione seu mãdato. vt no. i. l. hac cõsultissima. §. fi. j. de test. ⁊. l. iubemus. de episco. aud. et de
3 adop. l. adoptio nõ tabulis. ¶ † In tex. ibi acta. Dicũtur autẽ
c actaᶜ ille scripture que fiũt de his actibus que fiunt corã iudice siue p modũ cõtentiose iurisditionis seu volũtarie: vt p Inno. in. c. j. de proba. ⁊ not. in. l. ij. §. vt lit. pendẽ. ⁊ in. l. acta. ff. de re iudi. in gl. j. Circa quas scripturas multe occurrũt dubitatiões: de qbus per Jo. an. in addi. Spe. ĩ ti. de articuloꝝ pductiõe in libello. §. ij. vbi recitat vnam notã Nicolai de ma. valde singularẽ declarãtẽ quãplurima dubia. ⁊ ibi oĩno vide. ¶ In tex. ibi publica: dic ⁊ dicunt̃ triplici respectu. q: cõfecta manu publici notarij

notarij: vt in.c.qm̄ cōtra falsam.de ꝓbat.⁊ q2 facta corā iudice qui est persona publica. Et q2 dn̄ium talium scripturarū non est alicuius priuati etiā ipsius notarij scribentis.sed est illius rei/
4 publice cuius autoritate sunt cōfecta.†Ideo notarij qn̄ dimittunt officiū nō portāt secū librū actorū.sed dimittunt in camera cōis sub custodia officialis ad hoc deputati qui vocaꝛ Commentariensis.vt.l.in fraudem.§.quoties.ff.de iure fis.Et vnicuiqꝫ petēti copiam pro suo interesse etiā illi cū quo nō fuit iudiciū agitatū teneꝛ facere copiam.vt habetur in.d.not.Nic.de mat.⁊ ꝑ Inn.in.c.j.de proba.vbi quāplurima vide de ista ma
5 teria.¶†In tex.ibi criminalia ꝑ hūc tex.dicit Bald.ꝙ iudex maleficiorū debet facere tradi inquisito vel accusato copiā inquisitionis vel accusationis ⁊ oīm actorū cōtra eum ⁊ etiā co
a piā indiciorū[a] per que iudex vult ad torturā deuenire:vt possit illa purgare.¶In tex.ibi exhiberi dicas dando copiā non autē originalē scripturā.q2 illa debet remanere penes notariū quousqꝫ est in officio:⁊ postea penes camerā cōmunis: vt dixi.
¶In tex.ibi ad inuestigandā veritatis fidē.No.ꝙ iudex semper debet attēdere ad veritatē reperiendā omissis cauillationibus ⁊ illā sequi:licet ad aduocatū cause ꝑtineat sequi verisimilia:vt inquit Tullius de officijs.Multi tamē male seruāt q2 vidētes veritatē pro vna parte ꝓpter cauillationes ⁊ subtilitates alterius partis cū tñ possint illam defendere non defendūt:sed ꝯculcāt.Sed veh aīabus eorū facit.l.si eū.in fi.in prin.ff.si quis cau.⁊.l.fi.de proba.i fi. Sic etiā ꝑtinet iudici lites di
6 rimere.l.quidā existimauerūt.ff.si cert.pe.†Pro declaratione prime glo.op.ꝙ nō sit fiēda copia actorū alicui ex litigatoribꝰ q2 cū fient dietim altera parte p̄ñte vel etiā citata seu eius procura.notitiā habet ille de cūctis gestis vel ꝑ eū stat quominus habeat ergo vlterius nō est fiēda notitia seu editio.ar.in.l.j.in fi.de act.emp.ff.Propter hoc glo.legit hanc.l.quinqꝫ modis sed reducunꝛ ad duos ꝑncipales.primus est ꝙ nō loquanꝛ de editione fienda parti ne obstet ꝯtrariū.sed de fienda iudici.Et si dicaꝛ multominus debet fieri iudici cū sibi sint oīa nota. ꝙ corā eo gesta sunt.arg.eius qd̄ not.ꝑ Inn.in.c.cū clamor.extra de testi.Glo.dicit ꝙ debet poni in alio iudice corā quo nō fuerūt acta.qui tñ habet sentētiam ferre ⁊ non potest ferre nisi vi
7 deat acta.Et hoc pōt cōtingere tribus modis.† primo in iudice appellationis vt in prima lec.gl.qui pōt mādare iudici prime cause vel etiā notario vt ibi mittat originalia acta.⁊ similiter posset mādare parti q̄ haberet sniam i publica forma ꝯtra quā fuit appellatū ꝙ ipsam exhibeat.⁊ dicit Bar.ꝙ si nō vult exhibere i termino assignato poterit iudex appellatiōis ꝓnuntiare ꝙ illi snīe nō detur fides ac si lata nō fuisset.per no. ꝑ Inno.in.c.g.perpetuus.extra de fide istru.Sed do. Rapha.dicit ⁊ bñ ꝙ Inn.nō dicit hoc qn̄ profitereꝛ se habere ⁊ nollet eā exhibere:sed bene dicit hoc qn̄ negaret sentētiā esse latā pro se:⁊ sic diceret appellationē frustratoriā ⁊ appellans nō pōt sniā producere:q2 eā nō habet penes se.nā in istū tanqꝫ in cōfessum bene pōt facere talē pronuntiationē ꝙ si vllo tpe reperiaꝛ non habeat vires:sed si id dixisset per errorē ꝙ ꝓbaretur nō noceret sibi.argumētū in.l.ij.in fi.ff.de iure fis.sed si illā sniam exhiberet.dicit Bal.ꝙ pōt petere cōpelli appellātem ad refundendū impēsas factas in recolligendo sniam a notario pro quo.j.de iure do.ipe.l.fi.ante fi.Pōt etiā poni in successore illiꝰ iudicis corā quo facta sunt q nō pōt ferre sniam videat acta nisi ꝑ ꝑter qd̄ dicit Bart.ꝙ qn̄ iudex mutaꝛ cōsiliū est ꝓducere acta corā successore ꝙ intellige de productione facta sine qua nō pōt sniam ferre nō visis actis:q2 esset nulla.vt in.l.properādū.§.⁊ si quidē.j.de iudi.ibi dū dicit acta corā se ꝯfecta cōspicere ⁊c. non autem dicit de productione verbali que solet fieri de alijs scripturis ꝓductis per partē.q2 nō possunt nisi pars dicat ꝓduco talia ⁊ talia instrumenta:vt habetur in auť.j.si cer.pe.ibi posita.⁊ in.l.producit.ff.de testi.nā de actis non est necessariū facere talē productionē.nec corā iudice corā quo facta sunt nec corā eius successore.cū eadē sit iurisditio.⁊ nihilominus prosint acta.licet nō prodessent instrumēta.et hoc voluit Inn.i.c. cū in iure.circa fi.de offi.deleg.Et hoc tenuit hic Bal.⁊ etiā dominus Raph.loquētes melius quā Bar.qui videtur requirere ꝓductionē verbalē.⁊ ꝙ alias acta nō ꝓsint. Et hoc vult in
8 effectu prima lec.†Tertio modo pōt cōtingere in iudice ordinario qui delegauit audiētiā cause reseruata sibi sentētia. quo casu teneꝛ ipse adesse in principio medio ⁊ fine ⁊ i auť.ad hec.j. de iudi.Si ergo seruatis seruandis vult dare sentētiā.faciat sibi exhibere acta gesta corā illo cōmissario quibus nō visis nō posset eā dare.⁊ hoc vult gl.in ver.quarto ibi.administrat ⁊c. Et his tribus casibus exhibitio actorum fit iudici ⁊ nō parti: ſꝫ pōt itelligi ꝙ etiā fiat parti.Et nec obstet ꝯtrariū primo loco formatū dicit glo.in.§.lectu.ꝙ debet intelligi quando pars que fecit acta exhiberi non fuit presens vel procurator eius. ſꝫ

fuerunt facta in eius cōtumaciā eo absente.Si ergo fuisset presens nō esset sibi danda copia actorū ſm hoc ideo dicit Bart. ꝙ parti que ꝑsens litigauit nō est dādus terminus ad recipiēdū copiā actorū.sed imputet sibi quare dietim in singulis actibus nō fecit sibi dare copiā.Breuiter intelligo dictū suū quando esset presumptio contra eū ꝙ faceret causa deferēdi vt si iudex esset in calculo ferende sentētie.⁊ pars peteret sibi dari terminū ad recipiēdū copiā omniū actorum.Et pro hoc differretur prolatio sentētie nō esset sibi dādus terminꝰ: q2 ꝑsumitur ipsum petere in fraudē.Sed si cessaret ꝑsumptio.posito si fuisset negligēs i singulis actibus petere copiā.cū nulli noceat hec assignatio nō subest ratio quare debeat denegari. ꝙ etiā tenet
9 dñs Raph.†Sed in singulis actibus cum producitur aliqua scriptura vel aliqd̄ instrumētum de more est ꝙ petiꝛ ⁊ daꝛ terminus ad recipiendū copiā ⁊ opponēdū.Et ita declara dictū Bar.pōt etiā poni vt loquaꝛ in attestationibus receptis que debent teneri secrete ꝑ notariū anteqꝫ iudex eas publicet. Sed postqꝫ pronūtiauit publicatas notariꝰ teneꝛ dare parti copiā: vt possit opponere quicqd vult ⁊ ita seruaꝛ i practica. Et hoc
10 voluit glo.in vltia lec.in ver.vel quinto ⁊c.¶†In glo.ibi hic
b autē.de actꝫ dicit dic hec vera ⁊ copia actoꝝ[b] sit dāda vnicuiqꝫ petenti ⁊ iurāti sua interesse etiā si nō fuit in iudicio tā ciuiliū qꝫ criminalium.vt.s.dixi.⁊ nō solum priuato.sed etiam fisco. ⁊ multomagis.si tamē petatur a publica ꝑsona.vt a iudice cause vel a notario qui scripsit ⁊ penes se habet vel si sunt in came
11 ra cōmunis a notario camere.†sed si petereꝛ a ꝑuata persona: tūc aut penes illā erat originalis liber actoꝝ casualiter.⁊ idem q2 nō est suus ſꝫ reipublice aut penes eū erat copia recollecta per eū a notario de sua pecunia.⁊ tūc q2 illa est sua nō tenetur exhibere nec copiā dare.ita sentit Inn.in.c.de ꝑba.nisi forte ex causa si originalis liber esset ꝑditus. Et tūc tenetur refundere partē impēsarū ille qui petit sibi dari sicut in simili quādo qs petit cōmunicari sibi tenutā quā alius accepit.vt.j.de iur.do.
12 impe.l.ij.Et etiā hic tāgit Bal.†sed si loquimur de alijs istrumētis facientibꝰ ad causam.Et sic alteriꝰ partis q2 recollegit de sua pecunia.tūc an illa sint edēda priuato.dic vt dixi in.l.ꝑcedēti sed an sint edēda fisco clarū est ꝙ sic si erat causa ciuilis etiā ad fundādā itentionē.vt.l.nec quisqꝫ.ff.eo.⁊ nisi edanꝛ presumuntur subtracta:vt in.l.ij.§.diuus.de iu.fisci. alle.i gl. pro cōtrario.Sed si erat cā criminalis.i glo.sunt due opi.vna ꝙ sibi non edanꝛ si nō ꝑtēdit interesse pecuniariū. Alia est ꝙ imo edāꝛ.tamē nō presumūtur subtracta si nō vult edere.Bart.distinguit aut est talis causa crimialis in qua seruꝰ torqueꝛ ꝯtra dñm.Et vera sit prima opi.vt in casu.l.de questionibꝰ. q2 tūc sicut de domo rei pōt sumi probatio ꝑ seruos eius.ita ꝑ per instrumētū eius.Sed si sit talis in qua serui nō torquētur cōtra dñm.⁊ tūc secus.ar.j.de testi.in.l.nimis.q2 nimis est durū i cā criminali recipere ꝓbationes de domo rei si nō vult ꝯfiteri cri
13 mē.¶†Circa fi.glo.ibi itē an ex his.dic i ista particula Bar. effundit plura vba quā expediat.nā glo.quesiuit de duobꝰ primo an attestationes recepte ꝑ me cōtra vnū in vno iudicio ꝓsint mihi cōtra aliū in alio iudicio.pone exēplū si tenebaris mihi in cētum ⁊ titius ꝓmisit mihi omne illud in quo mihi tenebaris nō specificando quātitatē:egi cōtra te ⁊ feci testes examinari qui probarūt debitū:⁊ snīa fuit lata vel perempta fuit in stātia ago cōtra titiū.nūc ex sua ꝓmissione ⁊ ad probandum ꝙ tenebaris in.c.ꝓduco illas attestationes publicatas:nō tamē facio de nouo examinari testes.q2 forte mortui sunt. Tu dicis
c illas tibi nō nocere.queriꝛ quid iuris.Glo.[c] tenet pro ista parte ꝙ nō faciat plenā probationē:sed aliqualē ꝑsumptionē.Intellige hoc verū si ille nō fuit citatus in causa agitata cōtra te. Itē intellige eo casu quo sentētia lata cōtra te nō facit illi preiudiciū sed si fuit citatus quo casu sentētia facit illi preiudiciū iuxta not.per Cy.j.de aduo.diuer.iu.l.j.ante fi.vel etiā nō fuit citatus.tñ erat casus in quo snīa lata contra te faceret illi preiudiciū:vt i casu.l.sepe.ff.de re iud.vel quādo sentētia facit ius vt i.casu.l.papi.§.si.ff.de inoff.testa.tūc etiā attestationes preiudiciū facerēt per ea que no.ꝑ Bar.in.d.l.sepe.q hoc tenet expresse ꝙ cui nocet sentētia:nocēt etiā acta pro quo bene facit l.antepe.ff.de manumis.vbi sit ista cōparatio: si autē non noce
14 ret sentētia:secus ꝑ titu.res inter alios acta.¶†Secūda questio glo.est an attestationes recepte cōtra te in vna instātia ⁊ ꝑ me si forte perempta sit instātia.⁊ ego reincipio nouā instātiā an ille attestationes fidem faciāt in noua instantia absqꝫ eo qd̄ testes iterū examinentur.In hoc argu.plenius qꝫ glo.dic qd̄ si attestationes fuerūt publicate in prima instātia ꝑ iudicē ⁊ etiā per notariū cum signo suo.qui nō tenetur dare copiam:nisi iudex primo publicauerit:vt dixi in prima glo.tunc fidem faciat in noua instātia:nec est necesse testes iterum examinari:etiam si viuant licet si fuissent recepti corā arbitro ⁊ viuerent esset in/

a ¶Copiam indicioꝝ. Intellige h̄ verū d̄ indicijs ꝓbatis post īqsitionē ⁊ negationē citata pte secꝰ de indicijs habitis āte inqsitionē forma tā ꝑ īformatione curie.ita Ang.i.l.si vacātia.C.d̄ bo. vacā.⁊ i.l.qōnis.ff.de qōni.⁊ fuit d̄ mēte Bar.i.l.fi.c.ti.Et facit rō q2 talia īdicia sumpta ꝑ īformatione curie ꝑiudicāt parti nō citate nisi repetanꝛ:vt ꝑ bar.i.d.l.fi.⁊ Jo.an.i addi.Spe.i ti.d̄ sen.i.fi.⁊ ꝑ Ange.i.d.l.si vacāta.⁊ ꝑ ꝯns cū nō itersit non pōt peti editio ita Sozi.hic.

b ¶Copia actoꝝ Adde Bal.i.l.fi. ff.de bo.auť.iudi. pos.⁊ ꝑ Lāfrā.i repeti.c. qm̄ .s.de ꝓba.

c ¶Glo.tenet.hic circa istā materiā vide q̄ pulchre ponit Fely.i.c.cām.⁊ primo.de pba.co.j.Cyr.

electione tua petere ꝙ iterũ examinẽtur: vt in.l.fi.ĩ.de teſt. que nõ habet locũ in receptis coꝛam iudice. vt ibi not. ⁊ in.l.ꝓperandũ.circa fi.de iudi. Sed ſi non eſſent publicate fidem nõ facerent.qꝛ eſſet ſcriptura pꝛiuata. vt hic habẽtur in.l.geſta.ĩ.de re iudi. ⁊ in.l.ij.ff.de his que in frau.credi. Sed ſi inſtantia pꝛima in qua fuerũt recepti nõ fuit perempta: qꝛ fuit lata ſentẽtia ⁊ fuit appellatũ: tũc licet in cauſa appellationis ſit noua inſtãtia tñ fidẽ facerent etiã nõ publicate. Ita eleganter dicit Bal. in.l.pꝛolatã.ante fi.ĩ.de ſen. Et idẽ ſi feciſſet trãſitum ad ſucceſſoꝛeʒ. Nec ob.ei ꝙ pꝛimo dixi in.l.cũ lite moꝛtua.ff.iudi.ſol. qꝛ licet ſit perempta inſtantia. ⁊ oĩs effectus nondũ ſecutus ſed q̃ ſeparatur ſequi vʒ poſſe peruenire ad ſentẽtiam. qꝛ non poteſt virtute perempte iſtãtie: nõ tamẽ ſunt perempta acta pꝛobatoꝛia: vt atteſtationes cõfeſſiones etiã tenoꝛes inſtrumentoꝛũ in actis redacti que fidem faciũt etiam perempto oꝛiginali: vt l.chirographis.§.fi.ff.de admit.tu. his iunctis que not.in.d.l. cum lite. ⁊.ĩ.de iudi.l.pꝛoperandum.§. ⁊ ſi quidem.

2 ☞ In libello nõ debet exprimi nomen actionis ⁊ ſi exprimatur ⁊ inepte nõ vitiatur libellus ſed ſufficit exprimere cauſam que ſi inepta ſit vitiatur libellus et quid ſi libellus deficiat in alijs ſolennitatibus.

3 Petitio olim fiebat in voce vel in ſcriptis per ſe vel per aliuʒ hodie vero debet dari in ſcriptis.

Libellus debet taliter edi vt reus poſſit deliberare an velit cedere vel contendere.

4 Emendatio vnde dicaꝛ ⁊ qd ſit ⁊ in quo differat a mutatione.

5 Actoꝛ an ⁊ qñ poſſit emendare libellum. ⁊ nu.7. ⁊.8.

6 In particularibus iudicijs nõ põt addi ad rem petitã quãtũ ad pꝛincipalem ſed quantũ ad actiones oꝛientes poſt litem cõteſtatam poteſt addi ⁊ quid in vniuerſalibus.

7 Libellũ ineptũ vt hic an poſſit iudex ex officio repellere etiam poſt litem conteſtatam ⁊ reo non opponente. ⁊ nu.8.

8 Libellus in criminali ſi non habet menſem vel annum eſt nullus ⁊ poteſt a iudice repelli etiam reo non poſtulante.

9 Libellus quando eſt obſcurus debet reus eſſe cautus qd nõ petat ipm declarari ſed opponat exceptionẽ qd libellus non pꝛocedit qꝛ obſcurus et male foꝛmatus qꝛ ſi poſtea fiat conteſtatio nõ facta declaratione nõ valebit pꝛoceſſus nec ſententia.

10 Mutatio libelli quid ſit ⁊ an ⁊ quando poſſit fieri.

11 Quid in cumulatione in quo differat a mutatione ⁊ an ⁊ quãdo poſſit fieri in libello.

12 In eadẽ accuſatione poteſt quis accuſari de diuerſis criminibus oꝛientibus ex diuerſis factis.

An dicantur diuerſe actiones vł libelli vt ſic ſoluantur tot gabelle pꝛopter cumulationem.

13 In eodẽ libello poteſt peti ſoꝛs ⁊ vſure conditionaliter ⁊ quid in diuerſis libellis eodem tempoꝛe datis.

14 Dictio pꝛout quid impoꝛtet.

15 Si fiat mentio in libello de aliquo inſtrumento debet ante litem conteſtatam exhiberi.



Dita actio. Iſta actio eſt famoſa lex. ⁊ habet materiam lõgaʒ ⁊ hic veniũt tractanda omnia que habentur in.l.j.ff.eo. ⁊ Cy. hic omnia tractauit: ideo aduertendũ hic

1 bene eſt. † Editio actionis demonſtrat qualitateʒ future litis. ideo eſt fienda ante oĩa qꝛ per hoc inſtruitur reus. an velit cedere vel contẽdere: ⁊ ſi fuit male facta vel foꝛmata poteſt emẽdari vel mutari ſine pꝛeiudicio tamen ipſius rei. tam in deliberãdo quã etiam in recuperando expẽſas quas fecit ⁊ nõ feciſſet ſi editio fuiſſet apte facta ꝙ iudicis arbitrio relinquitur qui debet in hoc ſequi mẽteʒ edicti pꝛetoꝛis facti ſuper hac materia. hoc dicit ĩ effectu iſta.l. famoſa ⁊ vtilis ĩ ſui materia cũ ſuppletionibus neceſſarijs. quã Bart. repetijt ⁊ dũtaxat examinauit tres articulos qui tanguntur hic in text. in gloſ.ſ.de emẽdatione libelli. Itẽ ⁊ de mutatione an et quando poſſit fieri etiã reo inuito. Itẽ tertio de cumulatione de qua in tex. nihil habetur. Sed glo. incidẽter tangit ⁊ plura de ipſa loquitur. ſed nõ ꝑfecte plura alia poſſent hic tãgi que tãgit Cy. hic. ⁊ gloſ.in.l.j.ff. eo. in pꝛin.ſ. qualiter debeat concipi libellus. ⁊ que ſint neceſſaria ad hoc vt pꝛocedat que facerẽt aliã repetitionẽ pꝛo ſe ſatis longam. Bal. autẽ mirabiliter volat ꝑ aera dicẽs ꝙ vult loqui magis vtiliter quã diſerte ⁊ ſine pompis. Sed ſalua reuerẽtia do. mei omnia que dicit tẽdunt ad pompã. ⁊ tantum ſubtilizat ꝙ ſeipſum frãgit vnde adhereas Bart. qui ſubtiliter bꝛeuiter ⁊ diſerte pꝛocedit ⁊ ſine tedio legẽtium ⁊ lʒ videatur loqui clare. ſubtiliter tñ cõſiderando difficultates ⁊ in intelligẽdo membꝛa ſua etiã in aliquibus loquiꝛ imꝑfecte. Uenio ad caſum. ad

2 uerte bene. ¶ † In text. ibi edita actio gloſ. exponit. i. actionis editio. Tu potes dicere. i. tenoꝛ petitionis ſeu libelli. nõ enim intelligas nomẽ actionis ſit exprimẽdum in libello. vt ſi dicam mutuaui tibi.c. quare peto ad hoc te cõdemnari ⁊ ad hoc pꝛopono certi condictionẽ ex mutuo: hoc enim vltimum nõ eſt neceſſariũ. lʒ quidã cõtradixerint per iſtũ tex. Sed cõmuniter teneꝛ ↄtrariũ tam de iure ciuili: vt hic no. Cy. in.v.q. quã de iure canonico: vt in.c. dilecti. de iudic. ſufficit em̃ exprimere cauſam quoniã ex illa apparet que actio ſit intẽtata. argu.in.l. gallus. §.j. ⁊ ibi not. per Bar.ff.de libe. ⁊ poſthu. plus dicit Inn.in.c. examinata. de iudi. ꝙ ſi exprimatur nomen actionis. ꝙ tamen non conueniat cauſe vt ſi dixiſſem in mutuo. ⁊ ad hoc pꝛopono actionẽ ex locato non redditur libellus ineptus. ſed illa verba tanq̃ ſuperflua vitiantur. ſed non vitiat argu.in.l. que extrinſecus.ff.de verb.obli. ſed ſi pꝛoponereꝛ cauſa inepta. vt qꝛ cũ deberet pꝛoponere cauſam cõmodati pꝛopoſuiſſet cauſaʒ locati. tũc libellus eſſet ineptus. ⁊ ſuꝑ eo nõ poſſet ſequi valida ſnĩa. ideo abſolueret reus ab obſeruatione iudicij reſeruata facultate dandi nouũ libellũ et actũ. vt in.d.c. examinata. ⁊.l.j. poſt pꝛincipiũ.ff.ſi mẽ.fal.mo.di. et idem ſi deficiat libellus in alijs

3 ſubſtãtialibus: vt in.l. libelloꝝ.§. ꝙ ſi libelli.ff. de accu. † fiebat autẽ olim petitio vel in ſcriptis vel in voce per ſe vel ꝑ aliũ. vt in.l.j.§.j.ff.eo. hodie vero debet dari in ſcriptis. vt in auꝛ. offeraꝛ.ĩ.de lit.cõteſt. ¶ In tex. ibi demonſt. dic qm̃ ex ea apparet an agaꝛ in contractu vel quaſi delicto vel quaſi. Itẽ in actione bone fidei vel ſtricti iuris. Itẽ an ea que naſciꝛ ſolo cõſenſu vel rei interuẽtu vel verbis ꝙ eſt neceſſariuʒ qꝛ alia deliberatio cadit in vna quã in altera. ⁊ iſta editio nõ ſit pꝛopter aliud niſi vt reus poſſit deliberare. an velit cedere vel cõtendere: vt.l.j.§.ij.

4 ff.eo. ¶ † In tex. ibi emẽdari dic.ſ. refoꝛmãdo ⁊ extra vitiũ ponẽdo nã mẽda dꝛ vitiũ. ideo emẽdatio ↄponiꝛ ab e: ꝙ eſt extra ⁊ mẽda quaſi extra mendã. Et dum ſubdit mutari ſubaudi variãdo ꝙ ſit recedẽdo a cauſa pꝛius intẽtata ⁊ ponẽdo aliã cauſam vel ab actione pꝛius intẽtata ⁊ ponẽdo aliã alterius nature etiã ſi oꝛianꝛ ex eadẽ cauſa vel recedẽdo a repetita et ponẽdo aliam diuerſam. ⁊ ſic ſit mutatio in totum. ſed non ſic emendatio. qꝛ illa eſt potius ſuppletio q̃ mutatio. Ueniamus ad glo. ¶ Iſta gl. mag. diuiditur in duas partes pꝛincipales. pꝛimo tractat de emendatione vſq; ibi ſequiꝛ ſecũdo de mutatiõe. Et in pꝛima parte foꝛmat duas.q. ad quas rñdet vſq; ibi ſed quo modo poſtea foꝛmat tres oppoſitiões. ⁊ pꝛima cõcernit reſpõſionẽ factã ad pꝛimã. Alie due cõcernunt reſponſionẽ factã ad ſecundã. in ſecundo mẽbꝛo qd tãgiꝛ in glo. ibi in ſingularibus vſq; ad lit.cõteſ. nõ poſt. In glo. ibi nũc plus vel ecõtra. doct. dicunt ꝙ emẽdatio cõſiſtit etiã in alijs quatuoꝛ.ſ. in declarando obſcura etiã addendo neceſſario omiſſa in remouẽdo ſuperflua. ⁊ hoc reſpectu ſubſtãtie. Item in addẽdo vel remouendo

5 qualitatem ſubſtantialem. vel non ſubſtantialem. ¶ † In glo. ibi in ſingularibus vſq; ad lit.cõteſta. Tu dic ꝙ ſi emendatio fiat detrahẽdo de ſumma vel repetita ⁊ renũtiando ei ꝙ detrahitur põt fieri qñq; etiam poſt li.cõteſta. qꝛ ſuper illo finiꝛ lis. ⁊ poſſet renũtiando recedere a toto: vt.l. poſtq̃ liti.ĩ.de pac. ergo ⁊ a parte. Non tñ ita euitabit actoꝛ penam pluspetẽtis: vt ĩ.de plus peti.l.j. ⁊ inſti.de act.§. plus. Sed ſi vellet detrahere ⁊ nõ renũtiare: ſed differre. tũc nõ poſſet nõ ſolũ poſt lit.cõteſt. ſʒ nec etiã ante. Intelligas tñ libello poꝛrecto. vt ſoluit ibi tex. alias non pꝛocederet qd hic dꝛ hodie per auꝛ. qui ſemel.ĩ. quo modo et quãdo iudex. ⁊ dicã in ſequẽti articulo de mutatione. Sed ſi fiat emẽdatio addẽdo ad ſummã petitã. tunc poſt lit.cõteſt. ideo nõ põt fieri. qꝛ ſuper illo addito lis non fuit cõteſtata: nec iſta additio trahitur retro: vt ſingaꝛ conteſtata. ⁊ ſic ſuꝑ ea nõ poſſet ferri ſnĩa per.l. non põt videri.ff.de iudi. ſed intẽtio actoꝛis in emẽdatis eſt vt poſſit cõſequi ſnĩa ſuper eo ꝙ emendando addidit ante lit.cõteſta. ideo põt fieri qꝛ conteſtatio que poſtea fiet: cõcernet etiã ſummã additã ⁊ ſic poterit habere intentũ. ꝓcedit autẽ dicta diſtinctio quãdo actoꝛ vellet emẽdare remanẽte eodẽ libello abſq; eo ꝙ det libellũ d nouo. qꝛ opoꝛteret ſoluere nouas ſpoꝛtulas in locis in quib⁹ ſoluũtur: ⁊ opoꝛteret facere reum iterũ citari. Ipſe autẽ vult ꝙ pꝛocedaꝛ ſuper eodẽ libello ⁊ ꝙ nõ habeat iterũ citare ⁊ ꝙ reus rñdeat ad libellũ ſic foꝛmatũ abſq; alia citatione vel termino dãdo. Reus aũt ↄtradicit ⁊ petit ſe abſolui ab illo libello ⁊ condẽnari actoꝛẽ in expẽſis: certe non auditur in cõtradictione ꝑ hanc.l. poſt q̃ lis non erat cõteſt. dũmodo ſalua ſit ſibi noua deliberatio ſi expedit ⁊ refundantur ſibi expenſe quas non feciſſet ſi libellus fuiſſet a pꝛincipio bene foꝛmatus ꝙ totũ relinquitur arbitrio iudicis: ſed ſi actoꝛ vellet dare nouũ libellũ ⁊ reũ abſolui a pꝛi

6 mo nõ eſſet dubiũ ꝙ etiã poſt li.ↄteſt. hoc fieri poſſet. † Quod autẽ dixi in particularibus iudicijs poſt lit.cõteſt. nõ poſſe addi ad rẽ petitã: verũ eſt quãtũ ad pꝛĩcipalẽ: ſed quãtũ ad actiones oꝛiẽtes poſt lit.cõteſt. põt addi. qꝛ etiã ſi non adderẽtur venirẽt in officio iudicis mercenario ⁊ in eis poſſet fieri condemnatio. vt.l. ediles.§. itẽ ſciẽdũ.ff.de edi.edic. Itẽ ꝙ gl.ſ. dixit in

vniuerſali

vniuersali posse addi post lit.contesta. Intelligo non ad id ꝙ
principaliter petit:sed ad aliud ꝙ in illo includebat.vt si petij
a te hereditatē.i.me declarari heredē.⁊ hereditatē talis ad me
ptinere ⁊ cōdēnari ad restitutionē rerū quas possidebat ⁊ ali-
quas expressi.nā post lit.cōte.possum alias exprimere:quoniā
etiā si exprimerē lata pro me snīa posset fieri executio etiā ī nō
expressis.⁊ etiā si post lit.cōte.vel post snīaʒ īcepisset eas possi
dere:vt in.l.iiij.ff.d peti.here.Nā iste res nō fuerunt petite:sed
ipsa vniuersitas que est potius iuris ꝙ̄ facti.⁊ etiam dicit sine
aliquo corpore.vt in.l.hereditas.⁊ peti.here.Sed si petijssem
dimidiā partē hereditatis ⁊ post lit.cōtest.vellem addere alte
rā dimidiā nō possem:qꝛ adderē ad rē petitā.⁊ sic esset idem ꝙ
in particularibus.licet doc.non tangāt hic sed est ipsa veritas.
7 †Quid aūt de alijs modis in quibꝰ cōsistit emēdatio q nō tan
gūtur hic ꝑ glo.an post lit.cōtest.possint fieri.vide hic ꝑ Bar.
qui distinguit ꝙ aut fit addendo ad substantialia sine quibus
libellus nō poterat ꝓcedere.vt est libellus criminalis sine mē
se vel anno cōmissi delicti vel libellus in ciuili sine apta cōclu-
sione.vt si peto te cōdemnari.qꝛ rex est in Francia.nā isti libelli
sunt inepti ⁊ reo etiā nō opponēte iudex ex officio posset repel
lere etiā post lit.cōtest.iuxta no.in.l.j.ff.de offi.asses.Et tunc di
cit ipse ꝙ ante lit.cōtesta.posset fieri ista emēdatio.ita demum
si tpa largiantur.i.tps accusandi vel agendi:sed si esset lapsuʒ
tūc sicut nō posset nouū libellū dare. ita nec veterē reformare.
qꝛ reputat nouus ratione reformationis.arg.l.ius ciuile.ff.de
iusti.⁊iu.⁊ ibi no.per doc.Et allegat pro hoc casum ī.l.accusa
turus.ff.de adulte.Sed si lis est cōtesta.non tangit ipse an pos
sit fieri posito ꝙ tpa largiantur ⁊ est dicēdū ꝙ nō si vult quod
procedat rōne veteris libelli reformati qꝛ cōtestatio fuit nulla.
et sic erat nullus libellus.et sic ex eo non posset sequi sentētia.
8 †Sed dñs Raph.reprehendit Bar.primo inquātū loquit de
libello ī criminali ꝙ sit nullus si nō habet mēsem vel ānuʒ etiā
parte tacēte:nam in cōtrariū videtur glo.in.l.libellorū.§.ꝙ si
libelli.ff.de accu.que dicit ꝙ tūc nomē rei aboletur postulante
reo ⁊ est casus.§.si.eiusdem.l.ergo requiritur allegatio partis.
Sed tu dic ꝙ hoc nō obstat:nā fateor ꝙ reus nō debet absolui
nisi postulet tamen iudex etiā eo nō postulāte pōt libellū reijce
re.⁊ istud cōsiderauit Bar.Itē dñ dicit Bart.nō procedere li
bellum in ciuili si non cōtinet iustam causam: ipse etiā reprehē
dit nā etiā si nullā cōtineret ꝓcederet reo nō opponēte. vt ī.l.
si.j.de anna.excep.Sed tu dic aliud esse quādo nullam cōtinet
qꝛ potest actor in processu litis declarare causam aptā.⁊ sup il
la facere probationes.sʒ si a pricipio exprimit ineptā. vt dico
te mihi teneri in.c.qꝛ rex est in Frācia nō pōt post lit.cōte.alia
cā apta specificari. ⁊ ideo etiā reo nō opponēte ab ipso princi-
pio pōt iudex repellere libellū.⁊ istum respectū habuit Bart.
quē do.Raph.indebite reprehēdit.Si vero fiat emēdatio de
clarādo tūc aut obscuritas nō vitiabit libellū parte nō oppo-
nēte.vt si dico te mihi obnoxiū in.c.vel obligatum:⁊ non dico
ex qua causa quare peto te condemnari nam procedit libellus
parte nō opponēte.vt.d.l.si.j.de anna.excep.⁊ tūc etiā post lit.
contest.pōt declarari causa ⁊ super illa fiāt ꝓbationes. Sed si
pars opposuisset tūc fuisset necessaria declaratio a pricipio.⁊
ea nō facta nō valeret cōtestatio tanꝙ̄ super libello nullo ꝙ in
telligo qñ reus contestaretur salua excep.obscuritatis per euʒ
proposita:alias videretur illi renūtiasse.⁊ tūc post lit. cōte.nō
posset fieri declaratio:vt posset sequi snīa virtute ꝯtestationis
9 precedentis nulle.⁊ non valeret.†Ideo dicit Spe.[a] in tit.de li
a bel.cōcep.§.si.ver.cautus in pe.colū.ꝙ qñ libellus est obscurꝰ
reus debet esse cautus ꝙ nō petat ipsum declarari. qꝛ instrue-
ret aduersariū vt faciat libellū valere.sed opponat excep. ꝙ li-
bellus nō procedit qꝛ obscurꝰ ⁊ male formatꝰ.ita hodie faciūt
procuratores:nā si postea fiat cōtestatio nō facta declaratione
nō valebit ꝓcessus nec snīa.Sed Cy.in simili ī.l.j.j.vt que de
sunt aduo. par.reprehēdit tales ita malitiose ꝓcedētes: sed di
cit ꝙ reportat gloriā in hoc mūdo.sed in alio penā eternā.Ce-
tera circa istū articulū declaratiōis.dic vt ibi ꝑ Barto. ¶ In
gl.ibi cū vna de ꝯcomitātijs.Tu dic meliꝰ ⁊ clariꝰ ꝙ hic nō su
mitur actio stricto modo prout sumit inst.de ac.in prin.sed su
mitur pro toto tenore libelli.vt dixi super tex.Et nō est dubiū
ꝙ si addit vel detrahit rei vl' quātitati ꝓdicte dꝛ mutari tenor
libelli ⁊ sic actio. ¶ In glo.ibi nō mutat actio vl' res dic qꝛ in
§.si detracta.petit quātitas dāni ꝑ act.l.aqlie.nō autē petitur
seruus q dānū dedit cū ille nō sit ī obligatione.sed solū ī facul-
tate tradēdi pro noxa.Si ergo addit vel detrahit ꝓpter quod
detur aut auferat dicta facultas puta sciētia vel ignorātia do-
mini nihil addit vel detrahit de re petita nec de actione inten-
tata.sed dūtaxat de qualitate. Ideo pōt fieri post litē cōtesta.
sed si qualitas q̄ adderet vl' detraheret immutaret factum vel
etiā act.nō posset addi talis qualitas post lit.cōtest.quantū ad

hoc vt virtute eiusdē libelli ⁊ cōtestatiōis posset ferri sentētia
super facto vel act.de nouo eductis sup quibus cōtestatio non
est facta.vel si poneret aliud tēpꝰ cōmissi maleficij vel celebra-
ti cōtractus vel alius locus.qꝛ cū sint actus reiterabiles ex di-
uersitate locorū vel tēporū diuersificatur substantia. vt no.ī.l.
panthonius.§.rei.ff.de acqui.here.⁊ ꝑ Bar.in.l.denūtiasse.§.
10 qui tñ.de adul. ¶ †In prima parte glo.ibi sequitur de muta-
tione.dic ꝙ mutatio dicit quādo remouet causa vetus ⁊ poni-
tur noua.vt si petij librū ex causa depositi volo remouere illud
verbū depositi ⁊ ponere cōmodati qꝛ testes dicūt mihi ꝙ fuit
cōmodatū.⁊ si ponerem de cōmodato succūberem in primo li
bello iuxta no.ꝑ Inno.in.c.j.de lit.ꝯtesta.Item dicit mutatio
quādo recedo a veteri actiōe.⁊ pono nouā.vt si narraui ꝙ mi
hi dedisti damnum in vinea.⁊ peto te condemnari ad interesse
⁊ sic propono acti.l.aquilie.postea volo dicere ꝙ dedisti dam-
num incidendo vites ⁊ peterē te cōdēnari ad duplum. ⁊ sic re-
cedo ab act.l.aquilie.⁊ transeo ad act.arbo.fur.ces.vel quando
nec a causa.nec ab act.recedo sed a re.vt qꝛ petij codiceʒ ex cau-
sa cōmodati nūc volo remouere.C.⁊ ponere.ff.vt isti.de acti.§.
si qs aliud.⁊ dicit glo.ꝙ ista mutatio in dictis casibus nō pōt
fieri post lit.cōtest.Et hoc est clarū in eodē libello.sed si vellem
dare libellū de nouo sine dubio possem de iure isto. sʒ ante lit.
cōtest.bene posset fieri iure isto per hāc.l. vbi vt virtute eiusdē
libelli det sentētia ī causa.⁊ in act.vel re nouiter deducta:qꝛ su
per eis cōtestabit lis.hodie vero ꝑ aut.q semel.j. quomō ⁊ qñ
iudex etiā ante lit.cōtest.si reus fuit citatus non pōt fieri muta
tio ista:sed cogitur actor ꝑseuerare in veteri quousqꝫ per sentē
tiā diffinitiuā lis super illa sit finita vt sic reus sup illa non pos
sit amplius molestari.Et hoc vult gl.j.in ver.qō dixi:⁊ sic ho
die corrigit hec lex quantū ad mutationē: nō quantū ad emen
dationē in qua non receditur a veteri:sed alij dicūt ꝙ imo non
corrigit quia illa aut.loquitur in deferēte:non autē in mutāte.
Bar.ponit vnam distinctionē cōfusam.veritas est ista in pau
cis v̄bis:ꝙ aut actor vult mutare recedēdo a veteri causa act.
vel re:et ei penitus renūtiando.Et tunc hoc pōt fieri:qꝛ ꝑ hoc
lis finit super illis.⁊ reus nō posset per diffinitiuā sententiam
plus cōsequi quā cōsequat per istā renūtiationē per.l. postꝙ̄.
liti.j.de pac.vnde nō interest sua petere ꝙ sup ea ꝓcedat. Sed
si vellet recedere a pristina.⁊ ei nō renūtiare ex toto tunc veruʒ
dicit gl.qꝛ reus nō est securus.posito enim ꝙ actor loco prime
ponat nouam causam vel act.vel rem si in illa noua succūberet
posset ad veterē redire.Et sic īterest rei.vt sup omnia verba re
manēt clara.⁊ Bart.per multa verba potius obfuscat quā de
11 claret. ¶ †In gl.ibi sed cumulatio dic cumulatio differt a mu
tatione qꝛ in cumulatione nō receditur a veteri.sed alia sibi ad
iungit ⁊ vult glo.ꝙ cumulatio possit fieri post lit.cōtesta. ꝙ in
tellige sane in diuerso libello.⁊ sic erūt diuersa iudicia. ⁊ diuer
se cōtestationes.Certe etiā mutatio posset fieri in diuerso libel
lo.vt.s.dixi.Si autē quatuor species cumulationū interdū cu
mulantur diuerse actiones ex diuersis causis oriētes res diuer
sas.Et sic sunt tres diuersitates causarū actionū ⁊ rerū.Inter
dū plures actiones ex eadē cā oriētes ad res diuersas:⁊ sic sunt
due tantū.Interdū plures actiones ex eadē causa orientes ad a
eandē rem.⁊ sic est vna tantū diuersitas. Interdū plures actio
nes ex diuersis causis oriētes.similiter ad eandē.⁊ sic sunt due
simul in scōa.⁊ ī oībus istis breuiter recolligēdo ex dictis doc.
in scōo ⁊ tertio genere.vbi est identitas cause.etiā si sit diuersi-
tas rerū nō admittit cumulatio.qꝛ subest vna regula prohibi
tiua.Sed ī prīo ⁊ vltimo genere vbi est diuersitas causaꝝ:etiā
si sit idētitas rei pōt admitti cumulatio si est dare casum ī quo
nulla subsit regula īpeditiua.Sed in ꝓcedētibus duobus sem
per subest vna q̄ habet īpedire ꝙ nō est in istis duabus. Sunt
aūt due regule īpeditiue ꝭm gl.Prima est quādocūqꝫ duo iu
dicia vel cause sic se habēt ꝙ sentētia absolutoria lata in prima
intētata parit vel parere pōt except.rei iudi.in scōa nō pōt cu-
mulari cū prima:sʒ debet expectari ꝙ prima finiat. Et si dabi
tur absolutoria nō intētabitur secūda si condēnatoria poterit
intentari.⁊ hic est casus ī.l.fundi.⁊.l.fundū.ff.de excep.que me-
lius probāt quā.ll.allegate in glo.Scōa regula est qñ sic se ha
bēt plures actiones ꝙ electione tolluntur:vt.l.ꝙ in heredē.§.
eligere.de tribu.qꝛ tūc vna electa altera extinguit.⁊ quecunqꝫ
snīa sequat nō reuiuiscit.⁊ etiā ponit exemplū per.l. si.j.de co-
di.Addit tertia regula ꝑ Cy.quādo sunt actiones cōtrarie in
origine:nam tūc nō pōt nasci nisi vna.⁊ sic nō habet locum pre
cedēs regula ꝙ electione tollant qꝛ electio nō cadit nisi īter plu
ra.prohibet ergo cumulatio per hāc tertiā:qꝛ nō est possibile
ꝙ simul cōpetāt ergo nec possunt simul cumulari.Addūtur ⁊
tres alie ꝑ Bart.scilicet qñ vna est maior altera vt ciuilis ⁊ cri
minalis per.l.per minorem.ff.de iudi.⁊.l.j.j.qñ ciui.actio.⁊.ff.
de pub.iud.l.interdū.Itē qñ est inter eas ordo vt petitoriū ex

[a] ¶ Idō dicit Spe. Adde Ant.d bu. I.c.si.de libel.obl. et eūdeʒ Pau.de Ca.⁊ ibi Alex.de imol.in.l.j.ff.e.ti. in prin.Frā.Cur.

possessoriũ retinẽde q̄ nõ p̄nt simul cumulari.sed est oꝛdo vt cã
possessoriȷ̃ p̄cedat.ff.de acq.pos.l.exitus ꝯtrouersie.⁊ de iud.l.
si de vi.⁊.ĩ.de iterdi.l.icerti.Jtẽ vltĩa⁊ ista ẽ de farina bar.per
ip̄m iuẽta ⁊ ꝑ nullũ aliũ qñ duo iudicia sic se hñt ꝙ lata sñia cõ
dẽnatoꝛia ĩ pꝛima ⁊ facta executiõe obstat exceptio ĩ altera nõ
p̄nt simul cumulari:vt.l.j.in fi.ff.si fam.fur.fe.di.Pone exem-
plũ si debeť mihi vna res ex diuersis causis lucratiuis a diuer
sis personis vel ab eadẽ.Nã si cõsequoꝛ eã:ex vna extinguitur
altera per.l.oẽs.ff.de act.et obl.Secus si ex vna lucratiua ⁊ ex
altera onerosa.vel si vtraqꝫ erat onerosa.⁊ ideo in pꝛimo gene-
re cumulationis licet Cy.dicat ꝙ nunq̃ admititť.Barto.dicit
ꝙ imo admittitur qñ lata sñia ex vna:et facta executio adhuc
superesset altera:qm̃ habent effectum solide exactionis.Sed si
altera extingueretur secus ꝑ.d.l.j.in fi.licet Dy.dicat cõtrariũ
quẽ ipse repꝛehendit.Ex quibus sunt expedita tria genera cu-
mulationis.solũ restat pꝛimũ in quo dic ꝙ concurrẽtibus tri
bus.s.ꝙ diuerse actiones oꝛientes ex diuersis causis ad res di
uersas se inuicẽ nõ cõtingunt.qꝛ vtraqꝫ est eque pꝛincipalis.et
altera ab altera nõ dependet.Jtẽ ꝙ vna nõ sit maioꝛ altera.qꝛ
sunt ambe ciuiles.⁊ qð inter eas nõ sit oꝛdo qꝛ nõ sit petitoꝛiũ
⁊ possessoꝛium.his ꝯcurrẽtibus admittitur cumulatio et isto
casu debet intelligi ista glo.Et si lis erat cõtestata in pꝛima re
quiriť nouus libellus vt dixi.Si non erat cõtestata.tũc si sunt
similes actiones.puta plures actiones fami.erc.super diuersis
hereditatibus.vel plures actiones pꝛo socio sup̱ diuersis socie
tatibꝰ.⁊ tũc põt ⁊ debet fieri cumulatio in eodẽ libello ⁊ nõ in
diuersis vt sic fit vnũ iudiciũ non diuersa ꝑ.l.heres.§.de pluri
bus.ff.fa.er.⁊ per.l.actiones.§.si plures.pꝛo socio.⁊ per.l.non
est nouũ.de act.em.Sed si sunt actiones dissimiles.tũc potest
fieri cumulatio in diuersis libellis.nõ in eodẽ ꝓm Bart. Sed
tu dic ꝙ in eodẽ per tex.cũ glo.in.c.querela.de elect.⁊ tot dicẽť
libelli quot cause.⁊ ideo pꝛo tot soluetur gabella si venit soluen
da.secꝰ in cã p̄cedẽti.qꝛ nõ cẽsebiť esse nisi vnꝰ ꝓpter ꝯfoꝛmita
tẽ.⁊ vna tm̃ gabella solueť.Sed si aliquid pꝛedictoꝝ trium de
ficeret nõ admittereť cumulatio qꝛ semꝑ ibi esset vna regula ĩ-
peditiua.Et ꝙ in eodeꝫ libello possint cumulari plures actio
nes ex diuersis causis ad diuersa etiam si nõ sint vnifoꝛmes et
eiusdẽ generis est text.in.l.si idẽ cũ eodẽ.ff.de iur.om.iu.nã illa
l.nõ haberet dubiũ si loquereť in diuersis libellis.Jtẽ patet ꝑ
iura q̄ volũt ꝙ petitoꝛiũ et possessoꝛiũ recuperãde vł adipiscẽ
de possint simul intentari in eodẽ libello:vt in.c.cũ ecclesia.de
12 causa pos.⁊ pꝛopꝛie.⁊.c.pastoꝛalis.†Jtẽ qꝛ in eadẽ accusatiõe
a potest quis accusari de diuersis criminibus[a] oꝛientibus ex di-
uersis factis:vt no.ĩ.de accu.l.qui ð crimĩe.in gl.super ver.ab
alio.⁊ ĩ.l.libelloꝝ.sed si per aliud.ff.de accu.⁊ ibi vide ꝑ Bar.
an dicantur diuerse actiones vel libelli:vt sic diuerse soluãtur
gabelle ad qð facit.l.j.§.si plura.ad tur.Sed opp.cõtra p̄mam
regulã.de.l.fundi.⁊.l.fundũ.ff.de exce.⁊.l.sed si ante.eo.titu.se-
cus qñ sunt duo iudicia inuicem depẽdẽtia.qꝛ vnum est super
pꝛincipale puta dñio rei.aliud sup̱ seruitute illi debita vel su-
per fructibus inde p̄ceptis vel sup̱ diuisiõe si pꝛimo est intẽta
tũ pꝛincipale sup̱ dñio nõ põt intẽtari dependens vel accesso
rium quousqꝫ pꝛimũ sit finitũ duplici ratione pꝛima qꝛ absolu
toꝛia lata ĩ pꝛimo qualitercũqꝫ:siue quia actoꝛ nõ sit dñs.siue
quia non pꝛobauit dñium parit exceptio.rei iudicate in secun-
do.Alia est qꝛ condẽnatoꝛia que ferreť in secũdo faceret pꝛeiu
diciũ reo in pꝛimo.qꝛ nõ pꝛonuntietur pꝛo actoꝛe in secũdo an
teq̃ expediatur resultaret pꝛo eo pꝛesumptio ꝙ esset dñs ⁊ per
minoꝛẽ causam non debet fieri pꝛeiudiciũ maioꝛi:vt.l.per mi
noꝛem.ff.de iudi.Et si postea sequereť absolutoꝛia in pꝛima
detegeretur iniquitas sentẽtie late super secũda.ideo ne indu-
catur perplexitas debet expectari ꝙ pꝛima finiatur.sed si pꝛĩo
esset in iudiciũ deducta causa accessoꝛia posset illa pendẽte de-
duci pꝛincipalis:quia cessant rationes de quibꝰ.s̃.imo ista se
cunda faceret supersederi in pꝛima tanq̃ p̄iudicialis ad eaꝫ:et
ita loquitur.l.sed si ante.¶Ultimo adhuc opp.ð.§.sed neqꝫ.
in aut.de fideiu.vbi in eodẽ libello possum intentare persona-
lem actionem ⁊ hypothecariam.⁊ tamẽ inuicẽ depẽdent ⁊ ab-
solutoꝛia lata ĩ ꝑsonali pareret excep.rei iudicate ĩ hypotheca
ria sicut et pactũ de nõ petẽdo.vt in.l.soluitur.§.j.ff.quib.mo.
pig.vel hyp.sol.dixit Dyn.ꝙ illa regula qð nõ admittitur cu
mulatio qñ absolutoꝛia lata in pꝛimo pareret excep.in scðo lo
cuꝫ habet qñ ex postfacto vellet quis cũ pꝛima cumulare scðm
⁊ ita intelligit illam.l.fundi.et illam.l.fundũ.Secus si a pꝛĩci
pio simul ⁊ semel Bart.repꝛehẽdit moꝛdaciter.dicẽs ꝙ est cõ
tra casum illarũ.ll.que in hoc non faciũt vim. Et ad alium.§.
dat aliã responsionẽ eũdo per mẽdicata suffragia ꝙ ibi est spe
ciale.sed si opi.Bar.est vera nõ procedit pꝛactica que vbicũqꝫ
seruatur qꝛ in eodẽ libello petiť res cũ fructibus p̄ceptis.quã
pꝛacticã Cy.dicit pꝛocedere in.l.cũ pꝛopꝛia.ĩ.si quis al.vł sibi,

a ¶Accusari ð diuersis criminibꝰ. Adð gl.ĩ.c.latoꝛ.ĳ.q.vĳ.⁊ ĩ.c.placuit.ĳ.q.x.

b ¶Dicionis ꝓut Adde doct.in.c.ꝓut.de do.⁊ cõtu.Frã.paui.ĩ tractatu de potestate c.seq.va.in tertio p̄ludio.in vltima col.

Jdeo dico ꝙ Dy.dicit ipsam veritatẽ:limitãdo tñ dictũ eius
dũ dicit simul vel diuersis tẽpoꝛibꝰ.nã intelligo simul.i.eodẽ
libello ⁊ diuersis tꝑibus.i.diuersis libellis:nã dico ꝙ in eodeꝫ
libello ista iudicia possunt cumulari cũ modo.Et hoc est ſꝫ ꝙ
addo ad Dy.Scðm accessoꝛiũ cumuleť cõditionał̃r si appare
bit actoꝛẽ habere ius in pꝛimo.Et ad hoc allego gl.oꝛdi.ff.de
inoffi.testa.l.qui de inofficioso.in fi.mag.gloss.q̄ dicit querelaꝫ
inofficiosi.⁊ peti.here simul.posse intẽtari.Et tñ secũda depẽ
det a pꝛĩa dũ tñ cõditionaliter:vt ibi dicit gl.Jtẽ allego Cy.in
13 l.j.ĩ.de iudi.†q dicit ĩ eodẽ libello posse peti soꝛtẽ ⁊ vsuras cõ
ditionaliter tñ.Sꝫ ĩ diuersis libellis an possunt cumulari etiã
eodẽ tꝑe datis.qꝛ tũc duo essent futura iudicia et ĩstãtie sed in
p̄nti vnũ iudiciũ tm̃.Et rõ quare libellꝰ sup̱ accessoꝛio nõ ꝓce
dit vel fuit intẽtatũ pure.⁊ reperiť ꝑ regulã ꝙ absolutoꝛia lata
in altero pꝛĩcipali pareret excep.in hoc accessoꝛio.Aut fuit il-
lud accessoꝛiũ deductũ cõditionaliter.⁊ nõ ꝓcedit libellus.qꝛ
fundať ex toto sup̱ futuro ꝑ.l.non quẽadmodũ.ff.de iudi.Sed
qñ in eodẽ libello tũc non fundať ex toto sup̱ futuro.qꝛ ibi ꝯti
neť etiã pꝛincipale ꝙ deduciť pure rõne cuiꝰ ꝓcedit sup̱ accesso
rio:lꝫ cõditionali sicut ĩ simili ĩ ãnuo debito:qꝛ sicut debeť de
p̄nti põt illud peti ⁊ ĩ occasione ipsius põt peti etiã sup̱ futuro
tꝑe fieri cõdẽnationẽ nõ sic si nihil debereť de p̄nti:vt no.ĩ.d.l.
nõ quẽad.⁊ ĩ.l.j.ĩ.de sen.q̄ sine cer.quãti.⁊ h̄ est ipsa v̄itas.quã
tñ nõ reperio ab aliquo tactã vel visam.⁊ oĩa remanent clara.
14 ¶†Ultimo de natura istiꝰ dictiõis ꝓut[b] de qua tex.vide oĩno
b qð no.Bar.ĩ extrauag.ad repꝛimẽdũ sup̱.v̄.pꝛout.⁊ ad.q.quã
15 Bar.hic foꝛmat.†Si ĩ libello fiat mẽtio de aliquo ĩstr̃o ante
lit.cõte.debeat exhiberi:vide oĩno qð no.Spe.ĩ ti.de ĩstr.edi.
§.nũc dicamꝰ.ver.qd si qs in libello ⁊c.

2 ☞ Actoꝛ non debet sumere arma de domo rei et ipsum reuꝫ
cum suis armis offendere.
Si reus recolligit instr̃m de sua pecunia a notario lꝫ in eo cõti
neať ꝯctus cõiter factꝰ ĩter ipꝫ ⁊ actoꝛẽ.nõ tñ illð ẽ cõe ſꝫ ꝓpꝛiũ
ipsius rei sed pꝛothocollꝰ notarȷ̃ est cõis rõne contẽtoꝝ in eo.
3 Si reus pꝛoducat illud instrumentum pꝛo se tenetur facere co
piam actoꝛi sine die ⁊ consule nõ autem dare oꝛiginale.
Reus si absoluitur diffinitiue a petitione actoꝛis:non poterit
actoꝛ amplius agere etiam si postea superueniãt pꝛobationes
secus quando absoluitur ab obseruatione iudicȷ̃.
4 Casus in quibus non absoluitur reus simpliciter vel indistin
cte licet actoꝛ non pꝛobauerit.remis.

1 **Ui accusare.** †Reus non teneť edere
actoꝛi ꝓpꝛia instr̃a ad
intẽtionẽ actoꝛis fũdãdã.h.d.Sꝫ ecõuerso actoꝛ bñ
teneť edere reo ad fundãdã exceptionẽ:vt in duabꝰ
ll.se.et ita soluit ĩperatoꝛ ꝯrietatẽ q̄ vr̃ esse ĩter istã ⁊ illas.ĩ.e.
l.fi.Et ꝑ hoc sunt expedite iste tres leges.⁊ eadẽ rõne reꝰ tenere
tur edere actoꝛi ad fundãdã replicationẽ suã.qꝛ actoꝛ ĩ replicã
2 do habeť pꝛo reo.⁊ ꝓbať in.l.pe.§.fi.ff.ad.l.fal.¶†Jn tex.ibi
alienoꝝ:dic:nã si reꝰ recolligit ĩstr̃ꝫ de sua pecunia a notario
lꝫ ĩ eo cõtineať ꝯctus cõiter factꝰ ĩter ip̄m ⁊ actoꝛẽ.nõ tñ illud
est cõmune:sed ꝓpꝛiũ ipsius rei:vt not.Jnn.in.c.j.de pꝛoba.⁊
Spe.ĩ tit.de ĩstru.edi.§.vidẽdũ.ver.ex p̄missis.ideo non teneť
edere.qꝛ actoꝛ nõ dꝫ sumere arma ex domo rei ⁊ ip̄m reum cuꝫ
suis armis offẽdere.arg.in.l.nimis.ĩ.de test.Sed pꝛothocollũ
notarȷ̃ bene est cõi.⁊ nõ dico rõne dñȷ̃.qꝛ dñium est ipsius no
tarȷ̃:sed rõne cõtẽtoꝝ ĩ eo.qꝛ de vtriusqꝫ mãdato scripsit.ideo
3 bene teneť notariꝰ edere cũ die ⁊ consule.† Qð aũt hic dꝛ.fallit
qñ reus illud instrumẽtum ꝓduxisset pꝛo se.qꝛ teneť facere co
piã actoꝛi sine die tñ ⁊ cõsule.nõ aũt diciť oꝛiginale.ar.ĩ.e.l.ꝓ
curatoꝛ.¶Jn fi.l.ibi obtineat.dic qꝛ ibi absoluiť diffinitiue a
petitiõe actoꝛis nõ ab obseruatiõe iudicȷ̃ ⁊ hoc vult gl.ĩ.quõ
⁊ qñ iud.aut.q semel.in fi.mag.glos.sup̱ verbo ꝙ locũ. Et effe
ctus est:qꝛ lꝫ ad actoꝛẽ postea ꝑueniãt pꝛobationes nõ poterit
ꝓpterea ãpliꝰ agere.vt colligiť in.l.argẽtarius.§.cũ aũt.ff.eo.
⁊.ĩ.de re iud.l.sub specie.⁊.ff.e.c.impatoꝛes.Secus qñ absolui
tur ab obseruatione iudicȷ̃.l.j.si mẽ.fal.mo.di.⁊ in.c.examina
4 ta.de iudi.¶†Jn gl.ibi de sepul.vio.l.ĳ.dic.⁊ no.in.l.q desti
tit.ff.ad tur.ꝑ gl.⁊ ꝑ Jo.an.in addi.Spe.in tit.de na.ex libero
ven.in addi.q̄ incipit.Rofre.¶Jn glo.q̄ incipit idẽ in accusa
toꝛe in fi.dic alios plures casus vide pleniꝰ in specu.de ꝓba.
ver.sed lꝫ reus.⁊ per Jnno.ĩ.c.j.vt ecclesiastica beneficia et etiã
Bal.hic aliquos enumerat in quibꝰ licet actoꝛ nõ pꝛobauerit
reus nõ simpliciter vł indistincte absoluitur.

Non est nouũ. Dic in ista.l.lꝫ iste due
ll.videanť loqui in ra-
1 tionibꝰ:†tñ docto.dñt eas etiã pꝛocedere in instru-
mẽtis ꝓpꝛȷ̃s ipsius actoꝛis ꝑ ip̄m recollectis a no-
tario de sua pecunia.vt sit differẽtia ĩter actoꝛẽ q tẽdit ad offen
sam vt sibi nõ edãtur a reo.vt in.l.p̄ce.⁊ inter reũ.⁊ sibi edãtur
ab actoꝛe

ab actore qui tendit ad offensam q fauorabilior est: sed alij nō
facientes dr̃iam inter actorē ⁊ reū vt alter alteri nō edāt ad in
tentionē fundatam intelligūt istas.ll.in rationibus q̄ sunt edē
de qñ facte sunt de mandato alterius.tñ ab actore ipsi reo: vt ī
istis.ll.q̄ econtra.vt.s̃.e.l.j.in fi.dum dicit ex causa ⁊c.cum gl.
Sed primus intellectꝰ videtur cōmunior ⁊ verior.Cetera dic
vt.j.eo.l.fin.
2 ☞ Multi modi quibus instrumenta pñt dici cōia ⁊ edēda
sint.remis.
Bona fiscalia quādo dicant̃ publica: ⁊ qñ priuate rationes di
cantur.
3 Si apud te est instr̃m meū qḋ ego recollegi a notario possum
petere ipsum mihi edi per actionē ad exhibendū ⁊ etiam ipm
a te vendicare.
Quid si nec est meū nec tuum: ⁊ quid si pertinet ad vltimaʒ vo
luntatem.
4 Quid in libro rationum.
5 Copia instrumenti ꝙ non faciat fidem in iudicio.

1 Procurator. †Instr̃a cōia debēt esse
penes digniorē: et alteri
fieri copia. ⁊ cū expediēs fuerit dʒ exhiberi origina
le.h.d.Et vide in Spe.de instru.edi.§.videndū.v̄.
2 ex premissis.†vbi ponit multos modos qbꝰ instr̃a pñt dici cō
munia ⁊ edenda sunt.casus est iste ⁊c.¶ In tex. ibi priuate ra
tionis.dic.i.cesaris.nā bona fiscalia cū sint deputata ad vsum
⁊ necessitatē publicā dicūt̃ publica.vt in.ti. de fūdis reipub.j.
li.xj.sed bona deputata ad vsuʒ imꝑatoris dūtaxat vt horti sa
lusti.ad amenitatē vel molēdina ad gubernationē familie sue
dicunt̃ bona priuate rōnis ad dr̃iam fiscaliū vt ī tit. de fun.rei
3 pri.¶ †In tex.ibi cōia.dic.s.rōne dñij sicut et cetera bona he
reditaria erāt hic cōia inter fiscū ⁊ priua.q erāt hr̃des.⁊ not.ꝙ
si apud te est instr̃m meū ꝙ ego recollegi a notario possum pe
tere ipsum mihi edi nō officio iudicis ꝑ hoc edictū.ſʒ ꝑ act.ad
exhib.l.iij.in.§.pe.ff.ad exhib.Et etiā ipm a te vendicare.si ve
ro erat cōe inter te ⁊ me adhuc nō hʒ locū ꝓprie edictū de quo
in isto tit.Sed seruandū est qḋ hic dr̃.⁊.ff.fami.er.l. si que sunt
cautiones.Non em̄ fit editio ex edicto de edendo.Si v̄o instr̃m
sit tuum hʒ locū quod dictum est in.ll.prece.si vero nec sit meū
nec sit tuū.vt si apud te esset liber ꝓtocolloꝝ notarij vel liber
actorū teneris edere cū die ⁊ cōsule sicut ipse notarius per not.
in Specu.loco.s̃.allegato.⁊ ꝑ Inno.in.c.j.de ꝓba.Et si perti
neret ad vltimā volūtatē haberet locū interdictū de tab.exhi.
4 vel edictū quēadmo.testa.ape.†si aūt est liber rōnū tūc aut in
ter me ⁊ te precessit cōtractus vel quasi generalis administra
tionis qr fuisti tutor vel ꝓcurator meus ⁊ cōfecisti librū rōnū:
tunc fit editio iure actionis nō officio iudicis ex hoc tit.vt.l.q̄
dam.in pri.ff.eo.ti.sed si talis ꝯctus generalis administratio
nis nō precessit lʒ ꝓcesserit mādatū spāle de scribendo in libro
tuo ꝯctum inter te ⁊ me celebratū nō agitur actione mādati vt
fiat editio. ſʒ agit̃ offō iudicis nobili ex hoc edicto. ⁊ si lis erat
inchoata locū hʒ officiū mercenariū deseruiēs actioni intētate
sed si nō erat inchoata locū hʒ offm̄ nobile.Et per hoc ptʒ de
clarata vna distinctio bar.quā ponit.s̃.eo.l.j.in fi.Et qr iste te
5 xtus vult†ꝙ copia instrumēti[a] nō faciat fidē in iudicio ꝓpter
qḋ dicit exhibēdū originale cū expediēs fuerit.facit aut̃. si qs
in aliquo.que ponit aliū similē casum ⁊ est sing.
2 ☞ Notariꝰ si ī instr̃o facto ꝑ eū faciat mētionē de alio instr̃o
non ponēdo tenorē de verbo ad verbū sed attestatur in suo se
illud vidisse ⁊ legisse prout cōiter facere solent dicendo vt con
stat tali instrumēto per me notarium infrascriptū viso ⁊ lecto
ei non creditur.
Exemplum seu copia factū seu facta cū autoritate iudicis quā
do faciat fidem.⁊ nu.3.4.⁊.5.
3 Testes si deponāt se vidisse vnū instr̃m solēne manu talis no
tarij sine aliquo vitio ī quo ꝯtinet̃ ꝙ eras debitor meꝰ ⁊c.licet
sit perditum an faciant fidem.
4 Notariꝰ si fecit plura instr̃a diuersis ꝑsonis postea ꝑdat ꝓto
collum suum an possit petere ab oībus illis ꝙ faciant sibi co
piam instrumentorū redditorū: ⁊ an ille copie faciant fidē ipsi
notario vt ex eis possit facere nouum librum protocollorum.
5 Notarius si dicat hec est copia cuiusdam instrumenti confecti
manu mei notarij infrascripti cuius tenor de verbo ad verbum
infra describitur non statur tali copie.
Notarius cui est commissa publicatio protocollorum notarij
defuncti debet describere prout reperit in protocollo nihil ad
dito vel diminuto.⁊ quid de speciali mandato.
6 Si in instrumento notarij narratur aliquid aliud q̄ tenor al
terius instrumenti an stetur tali narrationi.
7 Si instrumentum sententie faciat mētioneʒ de alio instrumen
to ei nō statur nisi totus tenor illius instrumēti sit descriptus
in actis.
Quid si instrumentum sententie faciat mentionē de actis an
stabitur verbis sententie.
Negatiua alicuius scripture ꝓbatur per eius inspectionem.
8 Si in actis reperit̃ ꝙ talis fuit citatus: ⁊ ꝙ ita retulit nūtius
ille vero dicit ꝙ nunq̄ fuit citatus quid iuris.

1 b Si quis in aliquo. †[b] Not. ad
euidentiam
huiꝰ aut̃.ꝙ.l.ꝓcurator loquit̃ de copia alicuius in
strumenti que dicit̃ qñ describit̃ totus tenor ipsius
de verbo ad verbū hoc mō.Hec est copia cuiusdā instrumenti
confecti manu talis cuius tenor de verbo ad verbū infra subij
citur.⁊ talis copia hʒ tria noīa.nā dr̃ copia.itē dr̃ exēplū. item
dicitur index.Sed illud instr̃m qḋ copiat̃ hʒ alia tria noīa hic
qr dr̃ originale.itē dicitur autēticū.itē dr̃ exemplar.Ista vero
aut̃.loquitur de quodā alio simili qḋ vocatur mentio seu nar
ratio qr notarius de aliquo rogatus inter te ⁊ me facit mētio
nem de tenore cuiusdam alterius instrumenti nō tñ describen
do tenorē de verbo ad verbū sed ponendo effectū: qr dicit ali
quē procuratorē cōstitutum ab aliquo ex nobis prout cōstat
instrumēto confecto manu talis: vel dicit te debitorem meum
prout ꝯstat alio instr̃o confecto manu talis.Certe sicut copie:
vel exemplo non datur fides: ita ⁊ huic narrationi vel mentio
ni nisi producatur aliud instr̃m de quo mētionē facit per rōnē
q̄ hic ponitur in gl.qr in illo possent esse adhuc cancellationes
vel vitia propter que si ꝓduceretur apparet ꝙ non faceret fi
dem vnde non est iustū ꝙ ista narratio faciat fideʒ.Et vide ad
predicta bonā gl.que est in.l.ij.ff.de fi.instru.⁊ dicit Spec.in ti
2 tu.de instr.edi.§.restat.v̄.pe.†Ista aut̃.nō haberet locū si no
tarius qui taleʒ mētionē facit diceret se vidisse ⁊ legisse tale in
strumentum vt quotidie videmus fieri.qr dicunt vt constat ta
li instr̃o ꝑ me notarium infrascriptū viso ⁊ lecto.Sed ego sem
per fui miratus de isto dicto cū ista aut̃ generaliter loquatur ⁊
etiā ratio glo.hoc casu vendicat sibi locū ⁊ semper credidi istū
dictum non esse verū lʒ nullus doc. de hoc faciat mentionem:
nunc reperi Alb.magnū practicū qui hoc dictum reprehēdit
⁊ dicit se in practica obtinuisse contrariū per istā aut̃.⁊ lʒ nota
rij sic seruent: si tñ opponeretur haberet locū qḋ dixi: sed si non
opponitur procedit practica.⁊ imputet sibi qui negligit oppo
nere.¶ In fi.gl.ibi nisi originale officio iudicis sit publicatū.
expone.i.exemplatū.vult ergo gl.ꝙ lʒ exemplū vel copia factū
vel facta sine iudicis autoritate non faciat fidem vt colligit̃ ex
l.si procurator.si tñ cuʒ iudicis autoritate bene faciat per legē
chirographis.de admini.tu.Et sic illa.l.non ob.huic.quia il
la loquit̃ de copia: ista vero loquitur in narratione vel mentio
ne que nunq̄ fit autoritate iudicis: sed notarius a seipso facit
nec etiā ob.illa.l.huic.l.procurator.qr ista loquitur qñ sine au
toritate iudicis ibi cū ea.Sed intellige hoc verū quādo pars
fuit citata.al's non preiudicat non citato etiam si.xx.notarij at
testarentur se vidisse originale non vitiatum nec cancellatum
sed omni sua figura integrum: cuius tenor sequitur de v̄bo ad
verbū et iudex interponeret autoritatem vt not.Spec.in titu.
de instr.edic.§.offensa.ver.in summa.⁊ qḋ no.Inno.in.c.albe
ricus.de test.⁊ ī.c.significauit.⁊ quod no.in.l.publicati.j.de te
sti.per doc.⁊ hic.Et ista est ꝯmunis opinio.sed contra qḋ imo
fidem faciat.lʒ pars non fuerit citata per.c.cuʒ olim.de priui.
3 vbi si† testes deponūt se vidisse vnum instrumentū solēne ma
nu talis notarij sine aliquo vitio: in quo continebatur ꝙ eras
debitor meus ex tali causa.licet illud instrumentū sit perdituʒ
si tales testes erant literati ⁊ cognoscebant vitia instrumentoꝝ
statur depositioni ipsorum.vel cōdēnaberis: posito quod non
fuerint presentes in contractu.⁊ sic nō deponant de veritate ne
gotij: sed solum de tenore instrumenti. Sol.aliud in testibus q
examinati per iudicē cū iuramento ita deponunt. Ideo depo
nunt testes.Aliud in notarijs ita attestantibus qui non iura
rūt vt nec pars fuit presens vel citata ſʒ in iuramento testiū est
presens vel citata.⁊ hoc vult hic Bar.⁊ etiā Jo.an.in.c. bone
de elec.⁊ in addi.spe.ti.de sen.§.vt aūt.in addi.q̄ incipit supple
ibi.cum dicit posse ꝓbari per testes literatos ⁊ si non essent lite
rati non facerent plenā fidem: sed semiplenam vt not. de fide in
stru.l.sicut.per gl.⁊ doc.Habes ergo vnuʒ casum in quo copia c
c facit fidē.[c] qñ est facta ꝑte citata ⁊ cū autoritate iudicis. Est et
alius casus.s.contra illum qui copiam dedit.⁊ ideo si produxi
sti instrumentum coram iudice: ⁊ ego petij copiam que fuit mi
hi data de tua voluntate ista copia faceret fidem contra te: si cō
tineret aliquid in tui preiudicium posito quod originale am
plius non produceret per.l.in fraudē.§.neq̄ instrumēta.ff. de
iure fisci.ideo ille qui capit copiam sit cautus vt faciat apponi
quod de voluntate partis ⁊ de mandato iudicis facta fuit.Est
4 ⁊ †alius casus similis si ipse notarius fecisset plura instrumen

a ¶ Instrumenti. adde Lanfran. in repe.c.qm̄ ꝯ falsā. de proba.
b ¶ In aliquo. de materia istius le. vide ꝑ doc. in.c.ij. de fide instru. ⁊ intellige hāc aut̃. nō procedere ī habētibus ꝑtāteʒ.l. cōdēde.ita ipe pau. de cast.in.l. admonendi.ff.de iureiu. ⁊ ibi dixi ī mea repe.colū.xv.Cur.
c ¶ Fidē. adḋ baldū in rubr.C.de fide instr.alb.de ro. in.l.ꝯctꝰ.de fide instru.Ang. in aut. vt spōsa.largi.in.§.⁊ hoc super j.ij. colum.

ta diuersis personis postea perderet protocollū suū certe posset petere ab oībus illis q̄ facerent sibi copiā instrumētoꝝ reddi toꝝ et deberent cōpelli ex iusta cā p.l.si quis ex argentarijs.§. prohibet.ff.de eden.ꝛ ille copie facerent fidē ipsi notario.vt ex eis posset facere nouū librū protocolloꝝ:ita dꝫ intelligi ille.§.pro hibet.non aūt facerēt fidē quo ad alios:lꝫ Bar.hic dicat q̄ qñ copia est facta manu illi⁹ q fecit originale qḋ staꝛ tali copie:p illū.§.phibet.lꝫ ipse determinat expsse ɔ̈riū in.l.j.§.si qs i duo
5 bus.ff.de bo.pos.ſm tab.† Ideo si notarius diceret hec est co pia cuiusdā instrumēti confecti manu mei notarij infrascripti. cuius tenoꝛ de verbo ad verbuꝫ.j.describitur nō staret tali co pie qḋ perpetuo tene mēti.nā ꝛ hic subest eadē rō:qꝛ originale posset esse vitiosum ꝛ nō staꝛ verbis notarij qḋ nō est vitiosuꝫ cū asseret hoc sine iuramento etiā si interueniret iudicis autori tas. Est ꝛ quart⁹ casus qñ aliquis notari⁹ cui esset cōmissa pu blicatio protocolloꝝ notarij defuncti vel p rēpub. vel p iudicem nā dꝫ describere put reperit in protocollo nihil addito vel dimi nuto nisi de spāli mādato iudicis:ꝛ crediꝛ tali sumpto lꝫ alia iu dicis autoritas nō interueniat nec partis citatio quam facere non ptinet ad talē notariū:sed sufficit cōmissio sibi facta per.c. cū tabellio.de fi.instr.nā ꝛ ista vr̄ id esse copia.ꝛ ita ptinēt ad.l.
6 nostrā pcuratoꝛ.† Sed quātū ad narrationē vel mētionēꝫ de q̄ loquiꝛ ista aut. dubitatur qd si in instr̄o notarij narratur aliqd aliud quā tenoꝛ alterius instrumēti. Breuiter si est tale qd: qḋ potuit interuenire tpe cōfecti instr̄i statur narrationi.vt no.in l.j.ſ.de fi.inst.ꝛ iure haste fisca.li.x.si vero nō potuit tūc iterue nire:tunc aut loqmur an stetur in preiudiciū alteri⁹ ɔ̈bentiuꝫ: q nō fuit pñs ꝛ nō staꝛ p id qḋ habeꝛ in.l.cū aliqs.ſ.de iu.del. puta de cōfinib⁹ plebanat⁹ vel loci. Si vō quo ad preiudiciuꝫ partiū pñtiū tūc aut erāt tales persone q̄ poterāt sibi preiudi care ꝛ statur tali narrationi.facit.l.optimā.ſ.de ɔ̈hē.stip. Aut nō potuit preiudicare puta minoꝛ q narrat q̄ fuit seruata solē nitas in eius ɔ̈tract⁹ puta q̄ facte sunt subhastationes nō staꝛ in ei⁹ preiudiciū qꝛ nō potuerūt fieri tpe ɔ̈ct⁹.ꝛ ipse nō potuit
7 sibi preiudicare.† Quid aūt si instr̄ꝫ snie faciat mētionē d alio
a instr̄o[a] dicit Inn.ei nō stari nisi tot⁹ tenoꝛ illi⁹ instr̄i sit descri pt⁹ in actis.vt ipse no.in.c.qm̄ cōtra falsaꝫ.de pba. Quid autē si instr̄m snie faciat mētionē de actis.puta q̄ lis erat cōtestata ꝛ iuraꝛ de calūnia ꝛ pars citata ꝛ alter de pdictis non apparet an stabiꝛ verbis snie. Bar.tāgit hic succincte.ꝛ tāgit an fuerit lata ɔ̈ pñtē vel cōtra absentē. Spe.latius in tit.de instr.edi.§. restat.ver.in summa.circa fi.§.ꝛ in ti.de sentē.§.qm̄.v̄.in sum ma. Siliter circa fi.§.ꝛ in.§.vt aūt.v̄.ꝛ no.ꝛ Inno.in.c.bone.el grande.de elec.ꝛ ipsi distinguunt an snia transierit in rē iudic. vel nō. Breuiter dic q̄ si nō trāsiuit qꝛ fuit appellatū ꝛ nō staꝛ verbis.per.d.c.qm̄ cōtra falsam.de pba.vbi nō staꝛ verbis iu dicis vel notarij nisi quatenus ex actis apparet: sed si trāsiuit in rē iudi.tunc aut acta pducūtur ꝛ in illis nō fit mētio de pre dictis:ꝛ tūc nō psumunꝛ interuenisse. Nā negatiua alicui⁹ scri
b pture[b] pbatur per eius inspectionē:vt.ſ.de re.cre.l.fi.ꝛ ibi no. in gl.ꝛ per Bar.in.l.titie textores.de le.j.hoc etiā dicit Io.an. in addi.spe.in tit.de instr.edi.§.vt aūt.ver.ꝛ no.si vero nō pro ducūtur acta qꝛ forte non reperiunꝛ tunc aut pbātur deperdi ta puta cōbusta ꝛ stabitur tali narrationi p cām necessitatis.p id qḋ no.in.l.in exceptionibus.in fi.ff.de pba.seu in.l.quoties. in fi. Si vero nō constat q̄ sint deperdita.tñ de facili nō pñt ha beri.tunc aut fuit lata de longinquo et non de primo.ꝛ psumi tur p snia tā ex ordine q̄ ex cā.vt in.c. in presentia.de renunti. aut fuit lata de primo.ꝛ tunc aut parte presenteꝛ non reclamā te:ꝛ idem ar.ſ.de rela.l.j.per quam Bar.se fundat ꝛ no. Inno. in.c.innotuit.de eo qui fur.oꝛ.suſ. Aut nō fuit presens:ꝛ tūc nō stabitur illis verbis:nisi ostendanꝛ acta.ꝛ sic intelligaꝛ opinio
8 Bar. ¶ † Quid si in actis reperitur q̄ talis fuit citat⁹ ꝛ q̄ ita retulit nūti⁹.ille vō ɔ̈dicit q̄ nūq̄ citat⁹ fuit. Quid iuris. istā questionē format Cy.in.l.si quis decurio.ſ.de fal.ꝛ fuit dispu tata p Ricar.malum.ꝛ eā refert Io.an.in.d.§.vt autem. versi cu.et no.

a ¶ Instr̄o. adde Lāfrā.in repet.c. qm̄ ɔ̈ falsam.de p ba.ꝛ bar.ꝛ doc.in l.sciēdū.ff.d v̄.ob. ꝛ p fel.in.c.sicut.d re iu.Cur.

b ¶ Alicuius scri pture. adde bart. i.l.si qs diuturno. l.vj.co.ff.si ser.vē.

c ¶ Edenda. Addō Inn.i.c.j.de fide instru.spe.ti.de in strumē.edi.in.§. nunc dicamus.ff. sed quid si quis.

d ¶ Incipit. Addō pau.de cast.in.l.j. C.de iuris et fact. igno.

2 ☞ Instr̄a per q̄ legitimanꝛ persone vt pcurationis vel tute le seu cure debent edi ante litem contest.ꝛ sic agens vel compa rens vt talis debet ante oīa pbare se talem.

3 Instr̄a pertinentia ad decisionem cause non sunt producen da ante litem contestatam:sicut nec testes nisi actoꝛ de illis fa ceret mentionem in libello vel reus in exceptionibus.

4 Rationes sunt edende a reo actori ꝛ econuerso.ꝛ qd in instru mentis proprijs illius a quo petitur.

1  Et que a diuo. † Lex ista legiꝛ duo bus modis in gl.pri ma ſm Io.vt tota loquatur in instrumētis de qui bus fit mentio in fi.eius.ꝛ vbicumq̄ reperitur in te xtu verbum rationes sumitur pro instrumentis. Secūdo mo do loquitur ſm Azo.qḋ loquatur de rationibus vsq̄ ad versi. si.qui incipit qñ hoc casu ꝛc.ibi vero loquaꝛ de instrumentis ꝛ si nulla est fienda impropriatio verboꝝ ſm primū intellectū: ista.l.tollit quādā contrarietatem videbaꝛ esse inter.l. non est nouum.ꝛ.l.iustum.que fuerūt facte ab Alexan. imperatoꝛe si cut ꝛ ista.ꝛ.l.qui accusare.que fuit facta ab Antonio patre ei⁹ quia in.l.non est nouum.ꝛ.l.iustum. dicitur sumendo ibi v̄bū rationes pro instrumentis quod instrumenta sunt edenda ad intentionem fundandam.ꝛ in.l.qui accusare. dicitur cōtrariū nam respondit imperatoꝛ quod non contrarie imo diuerse:qꝛ l.non est nouum.ꝛ.l.iustum.loquuntur in reo qui petit ab acto re sibi edi instrumenta ipsius actoris ad fundandam suam ex ceptioneꝫ que editio est fienda.sed.l.qui accusare.loquitur ecō uerso in actoꝛe qui petit a reo ad fundandā intentionē suam:ꝛ ista editio non est fienda qꝛ actoꝛ qui tendit ad offensam nō dꝫ sumere arma de domo rei ad offendendū ipm:qꝛ hoc non esset iustum sed reus tendit ad se defendenduꝫ vnde non est iniustū q̄ sumat arma de domo actoris.nam rei fauorabilioꝛes sunt: q̄ actoꝛes.ꝛ istam lec.sequitur Bar.ꝛ vltra etiā addunt doct. quod si intentio actoris est fundata per alias probationes:si reus cōtra ipsum excepit potest actoꝛ petere editionem sibi fie ri de instrumentis rei ad ipsam coadiuandum ꝛ etiam ad fun dandam replicationem eadeꝫ equitate qua reus ab actoꝛe.qꝛ hoc casu actoꝛ reputatur reus.et dicunt hoc probari in.l.pen. ff.ad.l.fal. Scdm̄ aliam lectu.non tollit contrarietatem aliquā sed in prima parte vsq̄ ad ver.qñ ponit concordantiā inter.l. j.ex vna parte que vult rationes debere edi actoꝛi ab ipso reo: ex causa.s.qñ sunt confecte mandato actoris vt ibi no. in glos. ꝛ inter.l.non est nouum.ꝛ.l.iustū.ex altera que vult q̄ eodē mo do sint edende ab actoꝛe ipsi reo:ꝛ multomagis in rationibus ergo que sunt communes quando mandato alterius sunt con fecte non est distinguēdus actoꝛ a reo: sed in instrumētis vult ista.l.in fi.ſm Azo.q̄ illa indistincte non edāt:nec a reo actoꝛi nec econuerso.sed Pe.qui posuit tertiam lec.dicit quod in in strumentis debet distingui actoꝛ a reo ſm primaꝫ lectu. Et sic tenet secundā lecturam vsq̄ ad ver.qñ.ibi vero tenet primam
2 ꝛ hoc satis pōt tolerari. ¶ † Queritur hic p declaratione ma
c terie.an instrumenta sint edenda[c] ante lit.contesta.ꝛ dic breui ter q̄ illa p que legitimatur persona vt instrumentum pcura tionis vel tutele vel cure debet edi ante lit.cōte.qꝛ qui agit vel comparet vt talis debet ante oīa probare se talem.vt in.l.non ignorat.ꝛ ibi no.ſ.qui accu.non poss. Et debet fieri editio cum die ꝛ consule ſm Inno.in.c.j.de proba.ꝛ debent tradi origina lia instrumenta ad hoc vt ille contra quem producuntur pos sit se ex illis iuuare cōtra illū cuius nomine iste venit alias re maneret delusus.vel dic q̄ producēs vult originalia penes se retinere debent tenoꝛes eoꝛū rescribi in actis de verbo ad ver bum ꝛ sic efficientur de actis vt no. Inno.in.c. qm̄ contra fal sam.de proba.ꝛ faciat fidem tale rescriptum.vt nota.in.l. chi rographis.§.si.de admi.tu. Si vero loquimur de alijs instru
3 mentis † pertinētibus ad decisionem cause illa sunt producen da ante lit.conte.sicut nec testes vt lite contesta.per totum:nisi actoꝛ de illis mētionem faceret in libello.vel reus in exceptio nibus suis ꝛ non posset deliberare plene nisi eis visis.ꝛ de hoc vide in.c.j.de proba.ꝛ Bar.tangit in.l.edita.circa fi.ꝛ adde qḋ hr̄ in.l.postq̄.§.si dies.vt le.no.cauea. Cetera vide hic p bar.ꝛ Bal.qui per multa verba prosequūtur casus predictos. Sed
4 in substantia non dicunt plus concludendo † qḋ rationes sunt edende a reo actoꝛi ꝛ econuerso cum sint confecte de mandato eius qui petit edi. ¶ In instrumentis auteꝫ proprijs illius a quo petitur editio distinguitur reus ab actoꝛe. Et etiā in acto re distinguitur an petat ad intentionem suam fundādā: an ad ipsam coadiuuādā:ꝛ hoc nisi pars aduersa vtatur instr̄o pro ducendo ipsum in iudicio qꝛ tūc indistincte dꝫ edere alteri par ti.i.copiā tradere q̄ dic vt in.§.editiones sine die ꝛ consule.nisi pars velit redarguere de falso.

¶ De in ius vocando. Rubrica.

2 ☞ Iudicium incipit a litis contestatione perfecte vt partes obligentur instantie que incipit currere a tempoꝛe litis conte state.

3 Differentia est inter instantiam ꝛ processum seu acta.
Si cum libellus porrigitur pars sit presens an requiratur ci tatio.

1 ¶ † Gl.rublice dicit q̄ iudiciū incipit[d] a citatione:ꝛ per conse
d quens processus per qḋ dicunt doc. q̄ ratione libelli que pro cedit vꝫ:ptꝫ ex oꝛdine precedētis tit.in quo tractatur de libelli poꝛ.in.l.editas.ꝛ istius tit.qui sequitur q̄ porrectio libelli nō est in actis.nec de processu iudicij.q̄ ptꝫ etiaꝫ quia potest fieri die feriata

die feriata vt.l.miles.§.sexaginta.ff.de adulte.⁊.l.j.j̄.de pe.Et
a tñ ꝓcessus iudicij tpe feriato ᵃ non pōt fieri.certe aliqñ citatio
precedit porrectionē libelli.⁊ istud cōiter seruať:⁊ ptꝫ ex ordi-
ne tituloꝝ in.ff.qꝛ tit.de in ius voc.precedit tit.de edēdo.⁊ tūc
sine dubio porrectio libelli est de processu seu act.vt est tex.i.c.
qm̄ ꝯ falsam.de proba.Glo.vero in cle.j.de iu.in.gl.ij.dicit ꝙ
prima citatio est extraiudicialis.lꝫ per eam perpetuetur iuris-
ditio delegati.⁊ perueniať iurisditio:qꝛ faciens citari vtiť iuris
ditione.⁊ hoc sufficit ad predicta duo vt in.c. gratum.⁊.c.rela
2 tum.de offi.dele.⁊ in.l.et quia.de iuris.om.iu.¶ † Itē alia gl.
in fi.§.illud.j̄.de tempo.appel.dicit ꝙ iudiciū incipit a li.con.
sed hoc est verum perfecte.vt partes obligentur instantie:⁊ sic
ipsa instantia incipit a contestatione.vt extunc incipiat curre-
re tempus prefixum instantie vt in.l.properandū.post princi.
3 de iudi.sed ipse processus incipit a citatione.⁊ sic no.† differen
tiam inter instantiam et processum seu acta.quia quicquid est
de act.est de processu ⁊ econuerso non tamē semper requiritur
citatio vt quando pars esset presens cum libellus porrigitur
de hoc tamen dic vt plene no.in.c.si.de elec.in nouella.⁊ tangit
Bart.in.l.j.ff.eod.titu.

2 ☞ Honor qui debetur marito debetur etiā vxori eius ⁊ non
econuerso.
Lex quantūcunqꝫ penalis et sic odiosa restringenda loquens
in marito in his que ab eo transeunt ad vxorem extenditur ad
vxorem.
3 Uenia vocandi patronum in ius requirit iussum et licentiam
iudicis cum cause cognitione an intentetur actio famosa con-
tra patronum.

1 Sicut bonis. † Sicut libertus
nō pōt ī ius voca
re patronū sine venia.ita nec vxorē eius.h.d.
2 Et sic not.ꝙ † honor qui debeť marito debeť
9 etiā vxori eiᵒᵇ nō sic ecōuerso vt in glo. qꝛ vxo
res fulgent radijs maritorum non econuerso.
¶ Nota ſm Bal.ꝙ.l.quantumcunqꝫ penalis ⁊ per cōsequēs
odiosa restringenda loquens in marito in his que ab eo trans
eunt ad vxorē extenduntur ad vxorē. nam si libertus facit in ius
vocari vxorem patroni.lꝫ in edicto pretoris : de illa non fieret
mētio incidit tñ in penam edicti que est.l.aureorū.vt.l.pe.ff.e.
3 sicut si ipsum patronū citari fecisset.† Sed op.ista venia nihil
aliud est nisi iussus ⁊ licentia iudicis vt ptꝫ in fi.huiᵒ.l.sed cer
te nulla citatio est fienda de quacūqꝫ alia sine iussu iudic. vt in
l.neminem.de requi.reis.Quod ergo priuilegium habet pa-
tronus rñdeo qꝛ cōtra alium iudex nulla cause cognitione ad
hibita pōt cōmittere citationem.sed contra patronum vel pa
rentem non debet cōmittere nisi causa cognita. qꝛ dꝫ videre li
bellum volentis agere vtrū velit intentare actionē famosam
⁊ tunc non recipiet libellum nec committat citationem an nō
famosam.⁊ tunc secus.vt hic probatur in.l.sed si hac.l.§ . pre-
tor.ante fi.l.ff.eo.Si ergo libertus non facta mentione qd ille
erat patronus fecit committi contra illum citationem non ad
hibita hac cause cogniti.illo comparēte incidit in penam edi-
cti que applicatur ipsi patrono.secus si non compareret.vt in
l.Quis.ff.eo.ti.

2 ☞ Priuilegiū principis late dꝫ interpretari in preiudiciuꝫ
eius non alterius qui ex eo leditur.
Qñ sit pax inter cōicantes ⁊ fiunt remissiones hincinde ꝙ hoc
non noceat singularibus personis.
3 Ignorantia iuris naturalis vel quasi iuris naturalis vt est il
lud quod benefacientibus benefaciamus ⁊ quod superiorıbᵒ
nostris reuerentiā exhibeamus non excusat a pena nec in dam
nis vitandis.
Quid in matre non petente tutorem filio infra annum.
4 Statutū ꝙ existēte filio masculo filia femina non succedat cum
ex parte masculi sit fauorabile ex parte femine odiosum an ex-
tendatur ad nepotem licet loquatur de filio.

1 Venia edicti. † Libertus ⁊ eius liberi
vocātes ī ius sine venia
patronū vel eius parētes vel eius liberos vel eius
heredes etiā extraneos incidunt in penam edicti.l.
aureorū applicandoruꝫ ipsi vocato.Ideo princeps per suum
rescriptū talem penam nō remittit ne illi faciat iniuriam.h.d.
Sed qñ pena venit applicanda sibi vel eius fisco.solet remitte
2 re.vt in.l.rescripta.j̄.d preci.imper.offe.† Et istud no.qꝛ priui
legium principis late dꝫ interpretari in preiudiciuꝫ eiᵒ: nō au
tē alterius q ex eo lediť.vt no.in.c.dilectus.de dona.ꝑ Inno.⁊
in.l.beneficiū.ff.de consti.princi.ꝑ Cy.Itē videť per istū tex.ꝙ
qñ sit pax inter cōicantes vel dños ⁊ fiūt remissiones hincinde
ꝙ hoc non noceat singularibus ꝑsonis.de hoc vide per Inn.
in.c.in nostra.de iniu.¶ Uenio ad casum.quidam libertus ꝑ
errorem vocari fecit in ius filiū sui patroni.vnde vellet sibi re-
mitti pena.l.aureoꝝ in quaꝫ incidit.vt.l.pe.ff.e.excusans se ꝙ
propter ignorantiam vel rusticitatem fecit vnde rñdit impera
tor ꝙ hoc non potest fieri lꝫ ignorantia fuerit.nam istud est de
iure naturali habere reuerentiam a patrono per regulā bñfa-
cientibus benefaciamus.Et ius naturale dꝫ esse insitum men
tibus vniuscuiusqꝫ.Et ꝓ tanto cum pena veniat applicāda vo
3 cato dixit imperator nō intendimus remittere.¶ † No. quia
semper allegatur ꝙ ignorantia iuris naturalis vel quasi natu
ralis.vt est illud ꝙ benefacientibus benefaciamus . ⁊ ꝙ supio
ribus nostris reuerentiam exhibeamus non excusat a pena:
nec in damnis vitādis.Sic nec mater nō petens tutorē filio in
fra annum excusať a pena.qꝛ peccat in iure naturali qd dꝫ esse
sibi insitū a natura.vt indēnitati filij prouideat.vt.j̄.q pe . tut.
l.fi.Ego tñ al's cōsului ꝙ istud dꝫ intelligi qñ nec petijt nec bo
na administrauit:qꝛ tunc peccat in iure naturali que dꝫ astrin
gi ad ꝓcurandā vtilitatē filij ⁊ ipsa neglexit ⁊ permisit perire:
sed si non petijt sibi decerni tutelaꝫ per iudicē tñ diligētissime
bona pupilli administrauit tunc non peccauit in iure natura-
li sed mere in positiuo qd vult non sufficere administrare nisi
administret legitime cū iudicis decreto ⁊ alijs solēnitatibᵒ. vt
no.gl.in.l.ij.§.si mater.ff.ad tertul.Si ergo mr̄ erat in loco vbi
facile poterat cōsulere peritiores nō euitat penam.sed cū que
dam mulier habitans in locis montanis ⁊ rusticolis hoc fecis
set nec habuisset copiam consulendi peritiorem dixi eam excu
sari a pena priuationis hereditatis per.l.in bonorum.cum ibi
not.ff.de bo.pos.⁊ lꝫ aliqui doctores dubitauerunt consulere:
tñ ista inuestigatio eis placuit.quam ego puto verissimā ⁊ ho
die iterum consulerem qꝛ est benigna ⁊ humana.¶ In gl.que
incipit cuꝫ patribus ibi:qꝛ frustra adijceret liberis.dic qꝛ tūc
ipsi liberi essent liberti sicut ⁊ pater.Et ex propria persona te-
nerentur ad hanc reuerentiam.vnde suffecisset dicere libertis.
Aliquid ergo plus voluit imperator cum dixit seu liberis. scꝫ a
comprehendere liberos qui non erāt liberti: sed ingenui nati
⁊ concepti post manumissionem.et qui ex propria persona nō
tenentur ad hac reuerentiam.quia beneficium libertatis a pa
trono immediate non receperunt sed tenentur ex persona pa-
tris.qꝛ receperūt mediate nisi eī pater fuisset manumissus ipi
non essent ingenui:teneñť tamen quousqꝫ viuit pater nō vltra .
¶ In fi.glo.ibi.ex parte libera est odium.dic.i.grauamen.nā
4 non proprie odium.† Et per istam gl.determinat bal. ꝙ si sta
tutum dicat ꝙ existente filio masculo filia femina nō succedat:
cum istud statutum dicat quod existente filio masculo filia fe-
mina non succedat;cum istud statutum ex parte masculi sit fa-
uorabile:ex parte femine sit odiosum quo ad masculū extēdiť:
vt licet loquatur de filio locū habeat in nepote ex filio.lꝫ qs de
cesserit cū tali nepote ⁊ filia femina vt excludať ab illo nepote: b
lꝫ appellatione filij de stricto significato nō cōprehēdatur ne-
pos iuxta plene no.in.l.liberū.ff. de ver.sign.sed bene cōprehē
ditur interdum ꝑ interpretationē extensiuam vt in.l.iuxta.eo.
tit.que dꝫ fieri in fauorabilibus vt in.l.illud.in fi.de sacr.sanc.
ec.Ex parte vero filie cū sit odiosum non extendiť ad nepotem
ex filio si quis decedat cum filio masculo ⁊ cū nepte ex altero fi
lio premortuo qꝛ nō excludetur a filio masculo.Sed veniet ex
persona patris qui similiter nō excluderetur sed si esset ex filia
secus qꝛ si excluderetur eius mater si viueret.fortius eius filia.
quinimo etiā nepos ex filia femina excludereť.qꝛ natus ex in-
fecta radice vt etiam in simili habetur in vsi.feu.qui feud.dare
pñt.§.cū vero Conra.cū se.⁊ no.per doc.in.l.j.§.fi.ff.de cōtra
tab.⁊ per Bal.in.l.maximū vitium.j̄.de lib.prete . Alij dicūt
ꝙ filiᵒ ⁊ nepos ex filio excludunt nō solū filiā sed etiā nepotē ex
filio cū statutū factū sit in fauorē agnationis vt apud eā rema
neāt bona vt no.ī.l.j.per Cy.j̄.de adul.Et si trāsiret ad neptē
peruenire postea posset ad extraneos vide per Bart.in.d.l.li-
5 bellorum.¶ † In gl.super verbo naturali rōne ibi falsuꝫ esse
dic:qꝛ de iure naturali primeuo oēs hoīes liberi nascebantur
vnde cum nō esset cognita seruitus:ergo nec manumissio ⁊ per
ꝯñs nec reuerētia q̄ debeť rōne manumissionis.Expone ergo
glo.vt in ea sed parum vꝫ illa exceptio:qꝛ adhuc viget eadem
oppositio.Dic ergo in iure naturali.i.gentium ꝙ etiam voca
tur naturale.ex quo fuit inuenta seruitᵒ ⁊ manumissio.vt.l.ma
numissiones.ff.de iusti.⁊ iure.

1 Qui in potestate. † Filius in pote
state etiā petita
venia nō pōt in ius vocare parētem qꝛ inter eos lis
nulla esse potest.vt in.l.lis nulla.ff. de iu.Sed si est
emancipatus potest esse inter eos iudiciū sed non dꝫ eū in ius
vocare sine venia.h.d.

¶ De pactis. Rubrica.

a ¶ Tpe feriato.
adde ang.in autē.
de iud.in.§.appel
lationibus.⁊ doc.
in.c.ꝯquestus.de
ferijs.

b ¶ Uxori eius.ad
de tu et ītellige ve
rū ēt marito mor-
tuo. ⁊ ea existente
vidua ꝑ tex.ī.l.fi-
lij libertorū.§.vi-
duā.ff.ad muni.et
ꝑ ea q̄ ponit bart.
ī.l.titia.§. vsuras
ff.de legatis.ij.ita
Fran.de aret. hic.

¶ Quia in iudicio obijciuntur exceptiones pactorum postquam in ius quis est vocatus. ideo sequenti loco ponitur de pactis. Et isti tit. cum seq. sunt difficiles et multa bona in eis dicuntur. ideo diligenter est aduertendum.

2 ☞ Equalitas est seruanda.
Uerbum conditio quod etiam ponatur pro toto fideicommisso conditionali.

3 Ius vel fideicommissum de futuro seu conditionale pōt per pactum remitti: et talis remissio duo operatur vt hic.
Quod spes talis fideicōmissi dicatur esse aliquid in rerū natura et possit donari.

4 Promissio de dando sextantē de pñti pro remissione talis speciei datione subsecuta nō reuocatur nec retractatur licet cōdictio fideicōmissi defecerit.

5 Iuri de presenti an possit renuntiari.

6 Quid iure de futuro in spe probabili de iure.

7 Quid si non habeo ius in re nec in spe sed in possibilitate. super qua spes in iure non approbatur.

8 Fideicōmissarius cōditionalis si remisit fideicōmissum propter promissionē ei factā si remitteret vel pactū de non petendo facere potest statim agere contra possessorē actione prescriptis verbis. et nu. 9.
Quid si promisit hoc modo promitto si nō petieris vel vt nō petas.

1 Onditiones. † Fideicomissum conditionale pōt pendente conditione remitti per pactū. et datū pro remissione non repetitur etiā conditione defecta. h. d. in effectu. Et quia est difficilis in positiōe casus ideo ipsum pone sic vt oīa remaneāt clara. Quidā habens duos filios quorum vnus vocatur Philinus. alter vero Licinius fronto fecit testamētum et eos equaliter instituit si contingat aliquē ipsorum decedere sine liberis alterū supstitem substituit per fideicōmissum in dimidia illius que continet sex vncias mortuo testatore cū Philinus nō haberet liberos nec spem habendi: quia forte vxor erat sterilis vidēs vt post mortem suam dimidia debebat peruenire ad fratrē deducta quarta trebellianica: puta vncia cū dimidia de qua sola poterat testari volens posse testari de pluribus conuenit cum fratre de danda sibi de presenti sextam partē illius dimidie: puta vnam vnciā. et ille qui arctaret eū de illo fideicōmisso. et ipsum remitteret per pactum de nō petendo etiā si contingat illū decedere sine liberis: vt sic ille possit testari de quinque vncijs. et ita factum est quia ille Philinus tradidit sibi vnā vnciā. i. sextam partē dimidie et ille per pactū promisit nūquam petere amplius virtute testamenti postea quicquid sequatur. deinde contingit quod vxor philini mortua est. et ille recepit aliam vxorē. de qua procreauit te filium: et postea mortuus est. tu nunc vis repetere illā vnciā tanquam indebite traditam. vel ob cām que non est secuta. nam si illa conuentio facta non fuisset cum pater tuus decesserit te filio relicto: et sic defecit conditio fideicōmissi nihil debebatur illi patruo tuo facta dicta cōuentione: pater tuus illam vnciā sibi tradidit pro remissione quā ab illo recipiebat. sed illa remissio videtur esse vana et inanis postquam fideicōmissum sibi non debebatur cōditione defecta. nam priuatio presupponit habitum: et vbi nunquam subsistit debitū remissio esse nō potest. appet ergo nūc quod illa remissio non fuit necessaria nec aliquid fuit opera. ergo dicta cōuentio de dando sibi illā vnciā videtur fuisse iniqua et per cōsequens datio possit reuocari tanquam facta ob cām quae nō est secuta. Et nunc apparet. queritur quid iuris. Imperator determinat contrariū quod non potest repetere. dicens quod ista conuentio non fuit iniqua sed iusta. Nā fuit facta tpe quo pendebat fideicommissum. et sic suberat spes. poterat enim cōtingere quod conditio existeret quod pater tuus decederet sine liberis. Istā ergo spem abstulit tibi patruus tuus per pactum intm̄ quod si decessisset sine liberis nō posset aliquid plus petere. Non est ergo iniquum quod licet decesserit cū liberis possit retinere illam vnciam sibi datam ex eo quod illi spei renuntiauit. h. d. in effectu. † Et sic equalitas est seruanda vt sicut ille non posset venire contra conuentionē si cōditio extitisset ita nec tu repetendo solutum licet cōditio defecerit. arg. ad h. j. de vsu. l. si ea pactione. ¶ In tex. ibi conditionis incertū. i. fideicommissum sub incerta conditione relictum: vt patet ex sequentibus. et sic verbum conditio potest sumi pro toto fideicōmisso conditionali per quod dixit Bar. se consuluisse cum testator filios suos institutos inuicem grauauerit per fideicōmissum quod si quis eorum prius sine liberis decesserit eius portio deueniat i superstitem. Et postea in codicillis dixit conditionem quam apposui filijs meis in testamento adimo vel reuoco querebatur an videretur reuocasse totum fideicōmissum an vero conditionē dumtaxat remouisse quā constat remoueri posse stante etiam fideicōmisso. vt. l. iij. §. conditio. ff. de adi. le. Et determinauit ipse quod videatur reuocatum totum fideicōmissum. et sic verbum illud conditionem ponatur pro toto fideicommisso conditionali nec est extranea expositio vt patet per istum tex. et ad hoc dicendum mouetur quod si staret proprie remaneret fideicommissum reciprocum purum hincinde et sic esset inutile quia tm̄ reciperet quis a fratre quantum sibi daret incontinenti. vt. l. ab omnibus. §. si titio. in fi. de leg. j. Bal. addit. nam hoc quando verba proferuntur ab eo qui nec erat obligatus nec obligatio erat quesita quo casu si resultaret incōuenien: de quo. s. quia remaneret fideicommissum inutile debet exponi vt dictum est. alias deberet proprie et stricte sumi pro sola cōditiōe vnde si testator legauit tibi sub conditione postea in codicillis dicat cōditionem quam apposui tibi reuoco sola conditio esset reuocata et remaneret fideicommissum purum. nec aliquod inconueniens resultat. sicut resultaret quādo esset fideicommissum reciprocum. Si vero proferātur verba ab obligato vt si eras mihi obligatus sub conditione postea dixisti remitto et renuntio illi conditioni. an reddatur obligatio pura. no. in. l. lecta. si cer. petatur. Sed si ego creditori remitto videor totum debitū remittere. ¶ In tex. ibi. non iniquis rationibus. Dic dicit Cy. imo equis et quidem tribus. Primo quia fideicommissum erat relictum in fauorē istius Frontinij: ergo poterat ei renuntiare. vt in. l. si quis in conscribendo. j. eodem. Item quia tollitur votum captande mortis. nā amodo non sperabit in morte fratris ergo etc. l. fin. j. eodem titu. Item tollitur inuidia inter fratres. ergo etc. l. cum pater. §. euic. ff. de leg. ij. et ibi in glo. j. et. l. cū

3 oportet. §. j. j. de bo. que li. ¶ † Not. ergo et ad hoc allegatur quod ius vel fideicōmissum de futuro seu cōditionale potest per pactum remitti. et operatur ista remissio duo. vnum de presenti et statim. quia tollit spem quam remittens habebat. et erat a iure approbata. nam et illa spes dicitur esse aliquid in rerum natura vnde potest donari vt in. l. spem. j. de dona. et venditi. vt in. l. si iactum rhetis. ff. de acti. emp. ergo et remitti pro aliquo dādo de presenti. vt hic. Secūdo operatur in futurum si cōtingit illam spem deuenire ad rem. Quia ex ista conditio. non tollet tunc illam rem. idest ipsum fideicommissum. Et istum effectū non habet remissio de presenti sed demum cōditione impleta sicut et stipulatio pura interposita sup conditionali aīo nouādi quia non habet effectum nouationis nisi cum conditio existeret. vt in. l. quoties. de noua. Quantum ergo ad primū effectum tollendi spem remissio est pura. sed quantum ad secūdū tollēdi rem est conditionalis. sicut et ipsum fideicommissum. et si conditio non existeret sicut fideicommissum haberetur pro nō facto. ita et predicta remissio. Ad istud autē notabile quod nō valeat remissio pendente conditione et sic nō tollat spē de presenti nec tollat rem de futuro si conditio postea existat. imo ea non obstante possit peti fideicommissum. tendunt oppo. glo.

4 mag. ab illo ver. sed videtur vsque ad ver. quinto. ¶ † Secūdo no. ex si. quod promissio de dando sextantem de presenti etiam datione subsecuta. licet in tex. de donatione non fiat mētio sed gl. sic intelligit non reuocatur nec retractatur. licet conditio fideicommissi defecerit. et per consequēs etiam defecit remissio quantū ad secundum effectum quia habetur pro non facta quantum ad illū. vt. s. dixi. Et cōtra illud notabile tendit oppositio quam format gl. in illo ver. hoc pactū etc. et etiam principium gl. vsque ad. ver. sed videtur. nam videbatur contrarium. quia illa promissio et datio fuit facta ob causam que defecit: aut enim facta fuit propter carentiam liberorum et defecit susceptis liberis aut propter remissionem sibi factam. et illa etiam defecit et pro nō facta habetur postquam defecit fideicommissum quia non potest operari secundū effectū de quo. s. dixi. sed cōtrariū est. quia saltem non defecit effectus primus quia sustulit spem incōtinenti que erat aliqd de presenti intm̄ quod amodo non poterat deduci spes ad rē. etiā si conditio existeret. et propter hoc nō dr defecta cā propter quā facta fuit ipsa promissio vel datio. Et propter hoc clarius quam glo. dicat remaneret declaratū istud dñium sup quo consistit tota sub

5 stantia et dubitatio hui9. l. ¶ † Pro declaratione ergo primarum oppo. distingue tres casus. nam interdum habeo ius de pñsenti. et sic in re. Interdum de futuro. et sic i spe probabili de iure puta conditionale. Interdum non habeo in re nec in spe. sed in possibilitate super qua spes a iure non approbatur. puta quod possim alicui viuenti succedere ex testamento vel ab intestato. nam spes succedendi non approbatur a iure propter votum captande mortis. vt. l. post emancipationem. ff. de lib. le. de primo et vltimo non loquitur ista. l. sed tm̄ de secundo dic tamē in primo pro ampliatione materie volentium repetere quod aut illud ius de presenti est mihi acquisitum ex dispositione legali vel sine citra meam voluntatem. Pone exemplum in hereditate mihi delata. Nam statim acquiritur mihi etiam ignoranti ius adcūdi

ius adeundi. Item in legato in quo statim mihi ignorãti acq-
ritur actio ex testamento ꝛ etiam dominium si testator erat do
minus. vt in. l. cum pater. §. surdo. ff. de leg. ij. vel si aliquis ges
sit negotia mea me ignorante quia acquiritur mihi actio neg.
gest. etiam ignoranti. vt plene no. in. l. pomponius. ff. de nego.
gest. vel si aliquis mutuauit tibi nomine meo pecuniam suam
vt. l. certi condictio. §. si nummos. ff. si certum peta. Et tũc si di
co ꝙ per simplicem renuntiationem vel potius repudiationẽ
etiam parte absente: et extra iudicium: possum illud ius a me
abdicare: ꝛ erit perinde ac si mihi non fuisset delatum. vt. ĩ. de
repudia. hered. per totum. ꝛ. l. seruum filij. §. j. de leg. j. ꝛ si cer.
peta. l. ꝑinde. Si vsuro erat quesitum meo consensu vel volun
tate ꝛ sic perfecte tunc aut erat ius possessionis: ꝛ possuȝ illi re
nuntiare nuda voluntate mei solius. vt. l. vj. §. iij. admittẽda.
de acqui. pos. ꝛ dicitur renũtiatio potius q̃ repudiatio. Et in
hoc differt a precedenti. Aut erat ius dñij: ꝛ tunc secus nisi ha
beat rem ꝑ derelicta. vt in. l. si quis differentia. ff. de acqrẽ. pos.
Aut erat ius personalis obligationis: ꝛ idem vt nulla volun-
tate mei solius non possim ei renuntiare vel a me abdicare: sed
requirit pactum: ꝛ sic cõsensus vtriusq; debitoris ꝛ creditoris
quemadmodum ꝛ cõtracta fuit: vt in. l. ꝑut qsq;. de solu. nam
ꝛ si cuidam tertio promitterẽ nõ petere a te nõ oriretur tibi ex-
ceptio pacti vel etiam in factum nisi recepisset tuo nomine ꝛ tu
ratum haberes vt plene nota. in. l. non solum. §. si liberationis
6 verba. de liber. leg. ¶ † In secundo casu quando est ius de fu-
turo conditionale: ꝛ in spe approbata a iure constat ꝙ per pa-
ctum de non petendo in quo est consensus vtriusq; potest tale
ius remitti. Et hic est casus in princi. huius. l. ꝙ per simplicez
renũtiationem meam non potest remitti. vt in. l. si ita scriptũ.
§. sub conditione. de lega. ij. nisi facta fuerit parte presente ꝛ ac
ceptante: quia tunc habet vim pacti per. l. tale pactum. in prin.
ff. eodem tit. vel nisi facta fuerit in iudicio iudice eam recipien-
te quia tunc etiam haberet vim pacti: quia recipit pro absente
vt in. l. in pluriũ. ꝛ ibi no. ff. de acquirẽ. hereditate. ꝛ. l. j. de cur.
bo. dan. ff. Rationem diuersitatis ponit hic gl. in ver. ꝛ potest.
Sed clarius dic ꝙ pactum principaliter tendit ad obligandũ
creditorem: quod facere potest etiam si ius non habeat de pre
senti licet repudiatio tendat principaliter ad abdicandum a se
ius quod habet. Sed pendente conditione nullum ius habet
in re. vt. l. cedere diem. de ver. signi. ergo nõ põt illud a se abdi-
7 care. q2 priuatio presupponit habitum. ¶ † Circa tertiũ casuȝ
dicendum est ꝙ nec per pactum nec per renũtiationem põt ta
le ius remitti de iure ciuili vt. ĩ. eo. l. pactum quod dotale. ꝛ de
a acquic. here. l. qui superstitis. Sed de iure canon. valet pactũ.[a]
si interueniat iuramentum: vt. c. ij. de pactis. lib. vj. Uel dic qd
iuramentum non validat pactum. sed est de se seruandum offi
cio iudicis ecclesiastici. ꝛ etiam secularis: vt ibi. ꝛ in. c. fin. de ex
cep. ꝛ. c. mulieres. ꝛ de iureiuran. li. vj. Et idem ille de cuius he
reditate tractatur erat mortuus tamẽ ignorabatur: vt. ĩ. de ca
pti. l. ne nos. que est notabilis ad hoc. Et ꝑ predicta remanent
expedita omnia contraria gl. vsq; ad ver. v. Excepto cõtrario
de. l. j. §. quod ait. quorum leg. per quẽ videtur nõ posse remit
ti etiam per pactum. Sed dic ꝙ ibi nec fuit pactum nec fuit re
nuntiatio. sed fuit quedam licentia vel cõsensus ab herede tem
pore quo dare non poterat scȝ ante aditam hereditatem: quo
tempore nullum ius habebat in bonis hereditarijs. vnde nõ
poterat dare licentiam legatario de ingrediendo nimirũ si post
aditam hereditatem habet interdictum quorum cui ꝑ pactuȝ
non renuntiauit. ꝛ ꝙ post aditam hereditatem nasci incipit: et
etiam aliud contrarium ꝙ hoc pactum erat contra voluntatẽ
defuncti. ꝛ sic videbatur esse cõtra. l. ꝛ per cõsequens nõ valeret
vt. ĩ. e. §. pacta. Sed respõde ꝙ etiaȝ si testator expsse inhibuis
set fideicõmis. qd non remitteretur. tamen valeret remissio: q2
hoc non cõcernit nisi fauoreȝ prohibiti: cui potest renuntiare:
vt i. l. filiusfa. §. diui. de leg. j. ꝛ. l. quoties. ĩ. de fideicõ. ꝛ. ĩ. e. si qs
in cõscribendo. Sed quãdo inhibitio. l. vel testatoris: tẽderet
in preiudicium alterius q̃ ꝓhibiti. ꝛ tunc procederet opposi-
8 tio gloss. ¶ † Restat vltimo vna qd. quam glo. format in fin. ꝛ
ꝓpter eam semper remittitur ad istam glossam ꝛ in multis lo
cis allegatis in tit. de transac. videlicet ꝙ si iste Philinus nõ
tradidisset istum sextantem. sed promisisset. ꝛ Frontonius per
pactum remisisset fideicommissum. An posset nunc vel etiã vi
uente Philino dictus Frontonius petere dictum sextantem.
Et sic patet quod gl. intelligit istum textũ quando Philinus
iam tradiderat ꝛ filius eius volebat repetere. licet in textu. hoc
non dicatur expresse. Glo. in ista questione distinguit. naȝ aut
Philinus promisit talem sextantem: si Frontonius faceret si
bi pactum de non petendo fideicõmissum vel si ipsum fideicõ
missum remitteret per acceptilationem vel alio modo. vel si ꝓ
misit sub modo vt fieret sibi pactũ de nõ petendo vel remissio
ꝛ tũc statim facto pacto vel remissione videretur impleuisse cõ
ditionem vel modũ perfecte. ꝛ per consequẽs posset agere act.
prescrip. ver. etiam si promissio de sextante fuisset facta per pa
ctum nudum qm̃ habita relatione promissionis ad conditio-
nem vel modum resultat cõtractus innominatus do vt facias
in quo parti que perfecte impleuit datur actio prescri. ver. vt
9 in. l. ntauralis. de prescr. ver. † Aut promisit dare sextantẽ hoc
modo promitto si non petieris vel vt nõ petas. ꝛ tunc lȝ fecerit
pactum de non petendo vel acceptilationem: ꝛ sic nõ posset pe
tere de iure: quia saltem remouetur exceptum: tamen quia po
test petere de facto quousq; viuat non videtur impleuisse con-
tractum perfecte quia illa verba si non petieris vel vt non pe-
tas intelligunt scilicet nec de iure nec de facto. Et primum po
tuit perfecte impleri: secundum non quousq; viuat. ꝛ ei qui nõ
perfecit ex parte sua contractum innominatum non datur act.
prescri. ver. quõ ergo subuenietur sibi. rñdeo si promissor recu
sat dare cum cogi non possit repetere ille liberatus ꝛ petet illũ
reponi in pristinã obligationem si liberauit ꝑ acceptilla. Sed
si per actum quod act. non tollit ipso iure aget act. ex testamẽ-
to ad fideicõmissuȝ. Et si excipietur de pacto replicabitur qd
non seruanti pactum non est seruandum. vt. ĩ. eo. l. cum propo
nas. Et dicit glo. quod nec prestando cautionem mutianaȝ de
non petendo videtur perfecte implere illi qui tenetur non pe-
tere. quia illa cautio solum habet locum in vltimis voluntati-
bus hec sunt que voluit gl. subtiliter ꝛ per omnes doct. appro-
batur: recipit tamen vnam limitationem quia nõ procedit qñ
promissio de sextante fuit nuda per simplex pactum. nam tunc
ex ea non datur actio vt in. l. iurisgentium. §. igitur nuda. ff. e.
nec etiam datur actio ex contractu innnominato resultante ha
bita relatione predicta ꝓmissionis ad conditionem vel modũ
nisi ei qui ꝑfecte impleuit. sed si promissio fuisset facta per sti
pulationem que sola sufficit ad actionem producendam: bene
posset agi ex ea sola certi condictione. licet nõ perfecte imple-
uerit quia sufficit impleuisse ꝑut ad hoc vt agere possit ex con-
tractu nominato sicut est stipulatio licet non sufficiat vt agere
possit ex cõtractu innominato qui est debilior: ita videtur sen
tire hic Cy. licet aliter videatur loqui in. l. siue apud acta. ĩ. tit.
j. in quinta opp. in addi. Sed bal. hic tenet primã opinio. pro
qua dico esse casum. ĩ. e. cum proponas. vbi dum dicit sit ibi sti
pulationem non prosperisti ex contrario sensu nam ex contra-
ctu nominato possum agere si impleui eatenus quatenus po-
tui licet nõ perfecte: vt si tibi vẽdidi vsumfructum. nã non pos
sum tradere nisi patiendo te vti frui. ꝛ ista patientia nõ potest
prestari perfecte quousq; viuo. q2 licet prestem hodie possum
cras nõ prestare. ꝛ tñ nullus negabit quominus possim pete-
re pretium ac si perfecte tradidissem ſm Bal. qd est multũ vti a
le ꝛ subtile.

a ¶ Pactũ. Adde Bal. de feud. do-
cto. in. l. si ꝯstante
in. §. si vir. ff. solu.
mat. bal. in. l. si mi
nori. si de feud. fu.
contro. in vsi. feu.
Jo. and. in addi.
spe. tit. de pact. in
§. ij. in princi. ꝛ an
pacta inualida fir
mentur iuramen-
licet neget cõtenta in ea esse vera: qr statur scripture de veritate nã nõ presumitur scripsisse cõtra se si nõ esset vera: vt. l. generaliter. §. de non nu. pecu. nisi in contractu mutui in quo non facit nisi trãsacto biennio in quo põt opponere exceptionẽ nõ numerate pecunie. Cõtra aliũ vero qui habet instrumentũ publicum contra ipm talis scriptura etiã confessata non facit plenã fidem in preiudiciũ instrumẽti nisi sit trino teste notata. i. subscripta et recognite subscriptiones p illos testes. vt in. d. l. scripturas. alias de facili posset quis probare suos creditores componendo vnã falsam scripturam ad vtilitatẽ alterius. non tñ requiritur ꝙ illi testes interfuerint cõtractui. sed sufficit ꝙ viderint eam scribi tẽpore descripto in ea. et sic si illud tẽpus precedebat tẽpus cõprehẽsum in instrumẽto. puta qr obligaueras mihi bona tua ⁊ primo obligasti per instrumẽtũ publicũ alteri scriptura mea similiter solennizata prefertur publico instrumento: et hoc est scdm
5 iudiciũ. †Si vero scriptura negeť esse de manu illius cõtra quẽ producitur seu si producať cõtra heredes eius: tũc vt fidẽ faciat requirunť duo. s. cõparatio literarũ. Itẽ duo vel tres testes de scripti vel nõ descripti q viderint eã scribi per illũ cõtra quẽ producitur: ⁊ his duobus cõcurrentibus faciat plenã fidẽ: lꝫ testes non deponãt de ipso cõtractu: qr tunc ipsi soli sufficerent et scriptura esset superflua. ⁊ hoc habeť in auť. de instr. caute. ⁊ fide. §. si quis igiť. ⁊ plene no. in auť. ad hec. §. eo. ti. sed alterum istoruꝫ valet sola cõparatio ⁊ sola certificatio nõ facere plenã fidem sed semiplenã. vt plene no. in. l. admonẽdi. de iureiu. per glo. ⁊ doct. Et predicta qñ cõfessio cõtenta in scriptura cõtinet causam obligatoriam. Si aũt nullam causam continet vel non obligatoriã etiã si esset cõfessata per scribentẽ nõ valeret nec ꝓbaret per. l. cũ de indebito. in fi. ff. eo. ⁊ ita sane intellige glo. hic super verbo an
6 notatio: que prima facie quem deciperet. †Et vide Bart. in. d. l. scripturas. vbi colligit distictionẽ sed clarius patet ex his que dixi. Põt etiã intelligi hec. l. in scriptura tertij facta ad vtilitatẽ meam ⁊ contra te qr non facit plenam fidẽ sine adminiculũ. Sꝫ que sunt illa: patet si esset cõsuetudo ꝙ staretur libris mercatorum de contentis in eis inter extraneos. nam frequẽter recurriť ad fidẽ eorũ: qr nõ semper partes volũt notariũ grauare vel nõ pñt. ⁊ cõcorditer vadũt ad vnũ mercatorẽ ⁊ faciũt scribi in libro suo qualiter talis ⁊ talis venerunt ad talẽ concordiã. olim vero
a stabatur libris argẽtariorũ[a] ⁊ numulariorũ qr statuebanť ex publico. ⁊ nullus poterat erigere banchũ sine licẽtia publica ⁊ cum iuramento describendo legaliter sub pena falsi ⁊ videť mihi qđ ita seruet Florentie: ⁊ tunc dabatur plena fides. vt. ff. de edẽdo. l. si quis ex argẽtarijs. §. j. ⁊ in. l. quedã. §. nũmularios. hodie dicit glo. ibi secus qr non deputanť a publico. Secus ergo si etiaꝫ hodie deputarenť. Item secus vbi esset cõsuetudo in contrariũ. nam ⁊ talis cõsuetudo facit censeri scripturam publicã. vt in. c.
7 cum dilectus. de fide instru. †regulariter vero priuata scriptu-
b ra[b] non facit fidem. qđ dic vt in. d. §. nunc dicendum. ver. regulariter. in Specu. de instru. edi. ¶ Ultimo de notabili glo. ꝙ que non prosunt singula multa iuuant. vide Bar. in. l. j. §. idẽ cornelio. ff. de q̃onibus.

2 ☞ Scriptura defuncti an faciat fidem.
3 Scriptura priuata etiã ad vtilitatẽ fisci nõ facit plenã fidem. Quid si cõfecta esset manu officialis deputati per fiscũ in camera fiscali: puta camerarij cõis licet non sit notarius ꝙ diceretur scriptura publica.
4 Si rex vel dñs haberet sententiã pro se sigillatam sigillo suo an tale sigillum faciat fidem pro se.

1 Rationes. ¶ †Scriptura priuata nõ facit fidẽ pro scribente. h. d. vsqꝫ ad versi. eiusdẽ iur. cũ. l. exẽplo. §. eo. ⁊ vide bonũ tex. cũ glos. in. l. inter chartulas. §. de cõuenien. fisci debi.
2 li. x. ¶ †In tex. ibi sola snon sufficere. no. istũ tex. quasi dicat nõ sufficiunt iste rõnes ad plenã probationẽ: tñ aliqualem fidẽ faciunt: qr sunt scripture defuncti pro quibus magis presumiť ꝙ pro scripturis viuẽtis qr non est verisimile qđ voluerit mori in peccato: ⁊ si omiserit librũ apertũ si non cõtinuerit acta. vnde si probetur defunctũ fuisse bone vite ⁊ fame scriptura sua in libro rõnum in quo erãt descripta alia facta sua facerent semiplenaꝫ probationẽ ⁊ sufficeret vn⁹ testis cũ illa scriptura vel posset deferri heredi iuramentũ in supplementuꝫ probationis si sciebat multa. ita videtur intelligere Bar. istũ tex. not. in. l. admo. ff. de
3 iureiu. ¶ †In. l. exẽplo. no. singulariter ꝙ scriptura ꝓuata etiã ad vtilitatẽ fisci non facit plenam fidẽ. hoc exẽplificať per. d. l. inter chartulas. qñ in bonis cõfiscatis requiritur scriptura de manu illius continens alium esse sibi debitorẽ: sed si scriptura esset confecta manu officialis deputati per fiscum in camera fiscali: puta camerarij cõis. lꝫ non sit notari⁹ diceretur scriptura publica per auť. ad hoc. §. de fide instru. quod no. ⁊ in. l. quedam. §.
4 nũmularios. ff. de eden. ⁊ est si. argu. ꝑm Cy. †ꝙ rex vel dñs habeat sententiam pro se sigillatam sigillo suo tale sigillum nõ facit fidem pro se. contrarium tamen dicit quia princeps potest esse iudex in causa propria in. l. proxima. de his que in testa. delentur.

2 ☞ Dictio taxatiua negat residuum.
3 Heres non potest venire contra iuramentũ defuncti: nec ipm de periurio vel mendacio arguere.

1 Eiusdem iuris. †Iste ver. legiť duob⁹ modis. primo vt prosequať eundẽ casum qui positus est in principio: ⁊ tunc nihil aliud est dicẽdum ⁊ differt solũ in hoc qr principiũ loquitur in eo qui viuens scripsit pro se. Iste ver. in eo qui moriens fecit scribi pro se vt ei non stetur. alio modo vt loquať in eo qui fecit scribi contra se ⁊ heredem suũ: qr cũ haberet debitorẽ qui sibi tenebať in. xx. fecit scribi in. x. vtrũ per hoc preiudiceť heredi quominus possit petere. xx. si põt probare ꝙ in tantũ tenetur. respondeť ꝙ non plus preiudicat qr non sequitur tenetur in decem. ergo nõ. in ista cum fuerunt verba enũtiatiua que non disponũt vltra ꝙ sit eorũ ꝓprietas: secus si dixisset ꝙ teneť in. x. tantũ nõ per errorẽ sed ex certa
2 scientia qr tunc videť legasse liberationẽ in alijs. x. †ꝑm glo. que semper allegatur de significato dictionis taxatiue qr negat residuum: sed si non probareť ꝙ ex certa scientia: tũc probatio veritatis in contrariũ presumereť dixisse per errorẽ: ⁊ non preiudicaret. vt. §. de falsa causa ad. leg. l. j. ⁊ ita intellige gl. ⁊ isto modo intelligendo bene venit ad propositũ auť. ꝙ obtinet hic posita q̃ limita vt ipsius dictũ intelligať qñ nõ fuit apposita dictio taxatiua ꝙ nõ ꝑiudicet sit verũ qñ testator nõ iurauit sed si iurauerit tale iuramentũ in ꝑiudiciũ heredis habet vim dictionis taxatiue vt vltra. x. non debeantur. ⁊ sic heres vltra. x. nõ poterit plus petere: sed creditoribus ipsius tunc non preiudicat quin si alia bona non sunt ex quibus possit eis integre satisfieri possint probare heredi. ⁊ illud debitum petere: qr iuramentum illius alteri preiudicare non dꝫ: sed dũtaxat iuranti et eius heredi. vt in. c. ij. de pac. lib. vj. ⁊ vide Bar. in. l. cum quis decedens. §. titia. ff. de leg. iij. adde ꝙ illa loquitur qñ testator apponit dictionẽ taxatiuam tñ ꝙ sibi debuerit. x. tñ quo casu preiudicať heredi vt pl⁹ petere non possit siue dixerit scienter siue ignoranter: sed si iurauit distinguitur: an scienter vel ignoranter: ⁊ illud videť de men
3 te glos. †Et sic no. ꝙ heres nõ potest venire cõtra iura defuncti. nec ipsum de mendacio vel periurio arguere. vt in. l. rem alienã. circa fi. ff. de pig. act. nam iuramentum habet vim clausule vt valeat meliori modo quo potest vt. l. cum pater. §. filijs matreꝫ. de lega. ij.

2 ☞ Quando intentio actoris est fundata tunc probãdi onus incumbit reo.

1 Frustra veremini. †Reus non teneť ꝓbare sed actor. h. d. Et intellige vt dixi in. l. j. scꝫ qñ negat intentionẽ agentis: ⁊ tunc negatio non potest ꝓbari
b l. actor. §. eo. secus si eam non negat fuisse veram. sed dicit hodie non habere locum qr sublata ⁊ sic excipit affirmatiue opponen
2 do de solutione vel de pacto. †Item procedit quando intentio actoris non est fundata sed postꝙ fundata erat teneť probare. vt. §. eo. l. siue possidetis etiã si nõ excipiat sed negat eam vult reprobare de falso probationes actoris vel directo ⁊ sic nõ possit post dicta testificata vel p indirectũ ⁊ sic bene posset vt si probaui ꝙ promisisti mihi. x. iã est annus in ciuitate ista. ⁊ tali mense. Tu vis probare hoc esse impossibile qr eras ⁊ fuisti continue Rome. ita ꝙ non potuisti hec promittere post etiam per dicta testificata: quia diuisus est articulus. vt in. c. series. extra. de testibus.

2 ☞ Qñcunqꝫ quis in libello asserit ⁊ allegat aliquid qđ non sit necessariũ ad fundandam intentionem suam nunꝙ censeť se astringere ad illud probandum. sed solum illud qđ sufficit. Cum appellatur a diffinitiua non requiritur expressio cãe grauaminis sed sufficit simpliciter dicere appello: ⁊ sic exprimatur an debeat necessario probari.
3 Clausula in libello apposita nõ astringẽs ad probandũ nisi ea que sufficiãt ad victoriã cause qñ aliquid operetur. Licet in accusatione non sit necessaria appositio diei cõmissi criminis vel cause sed dũtaxat anni ⁊ mẽsis. si tñ ponať an debeat necessario probari.
4 Excipiẽs contra ꝓcuratorẽ ꝙ est inhabilis qr minor. xxv. annis an ipse habeat necesse probare ꝙ est minor. ⁊ nu. 5.
5 Qui asserit se esse talẽ qñ debeat ꝓbare se esse talẽ. ⁊ nu. 4.
6 Cui incumbit onus probandi etatẽ maiorẽ vel minorẽ.

1 Ante. †Qui etatẽ minorẽ allegat ad suas intentionẽ fundandã dꝫ eã probare. h. d. Et idẽ si allegat maiorẽ per regulã que est ꝙ ei qui dicit incumbit onus probãdi. vt in. l. ij. ff. eo. ⁊

a ¶ Libris argẽtariorũ. Adde car. ale xã. i. c. ecclesiastica rũ. xj. di. in vlti. col. ver. propterea creditur libris.

b ¶ Priuata scriptura. addo bar. i. l. nuda. ff. de dona. ⁊ an in scriptura priuata regrať ꝙ apponať dies ⁊ loc⁹. vide glo. in. c. quoties cordis ocul⁹. q. vij. Ange. in. l. j. §. editiones. ff. de edẽ. Jo. de imo. in l. ij. ff. queadmodũ test. aperianť. ab ba. i. c. j. ad fi. de ꝓba. alex. cõsi. lxxvi. icij. põderatis his de quib⁹ in themate. in. iij. vol. idẽ cõsi. cxxiij. inci. discussis hesitationib⁹. j. vol.

no. §. de in integ. resti. l. si minorem. siue neget quis agendo siue excipiendo. ¶ In glo. ij. ibi q non placet: qr maior petit restitui. quidā approbant istā opi. dicentes q lz non habeat necesse allegare vel pbare se minorē tēpore quo petit restitutionē in integ. sed sufficiat probare & allegare q fuit minor tēpore quo cōtraxit. si tñ hoc allegauit in suo libello necesse hz hoc pbare: qr cēset ad hoc se astrinxisse. facit. l. habebat. in pnc. ff. de institoria.

2 †Cy. hic reprobat dicēs & tene mēti q qñcūqz qs in libello asserit & allegat aliqd q nō sit necessariū ad fundādā intētionē suā nunqz censet se astringere ad illō pbandū: sz solū illud qd sufficit. ar. in. l. q̄ extrinsec⁹. ff. de ver. obl. & l. scio. ff. de app. nā cū appellat a diffinitiua nō reqrit expressio cāe grauaminis vel in instrumēto: sz sufficit simplr dicere appello. sed pone q exprssit aliquā: an habeat necesse probare. & ibi dz q nō & q pōt iustificare appellationē ex alia cā nō exprssa. et pro isto dicto vide bonā gl. in. c. ij. extra de rescrip.

3 †Procuratores tñ ad maiorē cautelam dicūt in fi. libelli nō astrigēs ad pbandū nisi ea q̄ sufficiūt ad victoriā sue cāe. istud militat qñ allegaret duo. vnū per modū substantie: aliud per modū qualitatis: puta qr dicit testes erratos falsum testimoniū dixisse: & sic petit rescindi sñiam per ea q̄ not. Bar. in. l. diuus. ff. de re iud. Itē idē Bar. in. l. is qui reus. ff. de pub. iud. dicit q lz in accusatiōe nō sit necessaria appositio diei cōmissi criminis vel cāe: sed dumtaxat anni & mēsis. si tñ ponit necesse pbare habēt qd vr cōtra dictū Cy. Sed hoc ideo est qr aliud esset maleficiū cōmissum alia die qz illud qd cōmissuz fuisset die apposita in accusatiōe: qr diuersitas tpis diuersificat maleficia qñ tñ maleficiū pōt reiterari: puta q vulnerauit vel percussit per ea que no. in. l. pātonius. §. rei perduellionis. de acqr. here. ff. Secus qñ non diuersificaret maleficium: vel illud qd in libello deducit: & ita dz intelligi dictū Cy. ¶ In glo. ibi vel volebat a tutoribus liberari aliqui habēt in glo. volebat. tu dic clarius q cū ipse fuisset elect⁹ tutor cū ipse volebat se excusare a tutela asserebat se inhabilē qr erat minor. xxv. an. p. l. fi. j. q da. tu. pos.

4 †Sed pone aliquis cōparet tanqz procu. alteri⁹ opponit sibi q est ihabilis: qr minor. xxv. an. per. l. minor. ff. de pcu. an hz necesse pbare se maiorē ad hoc vt admittat: an excipiēs habeat necesse probare q est minor ad hoc vt ipse repellat: videt prīa pars verior: qr qui asserit se procu. censet asserere oīa illa sine quibus non pōt esse procu. arg. in. l. ij. ff. de iur. om. iud. ergo asserit tacite se maiorē. Et regula est q qui talē se dicit dz talem se esse probare vt in. l. non ignorat. j. qui accu. nō pos. & hoc qdā tenuerunt. Pe. tenet contrariū q imo excipiēs de inhabilitate: qr in excipiendo affirmat: & sic tenet partem actoris. vt in. l. j. §. in excep. ff. eo.

5 ¶ †Nec obstat contrariū qr verū est qñ quis expresse affirmat asserendo se talē. vñ fateor q cum asserat se procuratorē dz hoc pbare: sed alia que sunt necessaria vt possit esse pcurator non hz necesse pbare qr presumit nisi probet 9riū cū edictū de pcuratoribus sit phibitoriū. qr quilibet pōt esse nisi reperiatur phibitus in iure. & sic hz intentionē fundatā de re. iur. qui nō excipit nō hz intentionē fundatā nisi doceat. Alij nō distinguūt per que verba opponat ista exceptio. an per negatiua: an p affirmatiua qd doc. reprobāt qr non curat de mō loquēdi sed de substantia locutiōis. pñt eñ esse verba affirmatiua. & tñ importāt

6 negatiuā vel ecōuerso. †qd dic per Bar. in. l. inter stipulantē. §. j. ff. de ver. obl. & l. ij. si serui. vēdi. & ff. de mino. l. de etate. in. ij. q. principali. vbi declarat cui incūbat onus probandi etatē maiorem vel minorē. per hoc patet declaratio sequētis glo. & non esse verū qd innuit circa fi. fiendā differentiaz: an sint verba prolata affirmatiue vel negatiue.

2 ¶ Non probat hic esse qd ab eo contingit abesse. & quid si frequenter contingat adesse.

3 Articulus impertinēs non debet admitti: & dicitur impertinēs qñ probatus nō releuat intentionē articulantis. & q per statuta locorū oēs articuli et capitula locorū admittant: saluo iure impertinentium. & non admittendorum.

4 Scriptura priuata facta a parētibus quorū interest qñ probet etatem.

5 Quid si confecta sit per tertium extraneū. & an possit notari⁹ rogari vt cōficiat instrm qualiter hodie natus est tali vnus filius sic nominatus a baptismo.

6 An possum rogare notariū de magna inūdatione que aliquid destruxisset certa die vel tpe qr forte mea interest.

7 Partus sequit conditionē patris quo ad honores sed quo ad statū libertatis vel seruitutis sequitur conditionē matris.

1  Ex natales. †Lz pater alicui⁹ fuerit ingenuus non propterea probat filiū fuisse ingenuū: quia potuit nasci ex ancilla. & sic esse seruus cū partus ventrē sequatur qntum ad hoc: & ideo si est in possessione seruitutis: qr tanqz seruus ab alio possidet necesse hz per alium modū se ingenuū. pro

2 bare. h. d. ¶ †Et allegat ad duo. primo q nō probat hoc esse qd habeo cōtingit abesse. vt. l. nō hic. j. vnde cognati. glos. dicit verum esse qñ frequenter cōtingit abesse: secus si freqūter contingeret adesse: vt. j. eo. l. matrez tuā. Item qñ nec necessario nec psumptiue concludit: secus si saltem psumptiue nam qui semel fuit dñs pōt hodie non esse: tñ qr presumitur hodie esse sufficit q olim fuerit & allegare q hodie est. & cōcludit articulus. vt. j. l. siue possidetis. sz hic nec necessario nec psumptiue cōcludit. pater meus est ingenuus. ergo et ego sum ingenuus vel ingenua. cū in hoc non sequat conditionē patris et aliquis me possideat

3 vt seruum & vide Bal. in. d. l. non hic. †Allegatur etiā q articu

a lus impertinens[a] nō dz admitti. dr aūt impertinēs qñ probat⁹ nō releuat intentionē articulantis. vt. j. eo. l. ad pactionē. & l. momētarie. §. qui legiti. psonā. & l. si qs libertatē. de pe. here. ff. Statuta vero locorū volunt q oēs articuli seu capitula admittātur cū protestatione saluo iure impertinentiū & non admittendorū ad hoc vt lites abbreuient: quia si disputaret de pertinētia & impertinētia cōtingeret multum causam differri. de iure tñ cōi nō debet hoc fieri. vt no. in. c. cum contingat. de offi. deleg. qr durat instantia triennio: & in curia romana non seruatur: imo disputatur & capitula impertinentia repellunt: ideo contingit sepe fieri appellationes ab interlocutorijs & lites fieri quodāmodo immortales. ¶ In tex. ibi pro filie. tu supple naturalis tñ quā suscepisti ex quadā muliere quam titius asserebat fuisse & esse ancillam suam et sic istam filiam vnā esse suam ancillā & eam tāqz ancillam possidebat & tu eam petebas per act. preiudicialē iuxta ea que no. in. l. j. §. per hanc. de rei ven. ff. de libe. agno. l. fine.

4 §. quia plaucianum. ¶ †In prima glo. ibi & quibus cōsulibus & quo tēpore. Et no. q talis scriptura etiam priuata probat etatem. vt in. l. ij. §. j. ff. de excu. tu. qd est verum si est facta a parentibus quorū interest & qui consueuerūt tales scripturas facere de natiuitate filiorum. & j. eo. l. nō epistolis. in verbo sed natalib⁹.

5 ¶ †Sed quid si sit confecta per titiū extraneū: puta rogo notarium vt conficiat instrumentū qualiter hodie natus est tali vn⁹ filius sic nominatus a baptismo: an istud instrumentū probet. nam notarius solet rogari de actibus qui geruntur a rogante vel a rogantibus puta de contractibus qui geruntur consensu duorum: ideo ambo debent rogare vel qñ est actus qui dependet ex voluntate vnius: puta protestatio sufficit rogatio illius tantum: sed natiuitas alterius non dependet ex voluntate hominum sed ex natura vel naturali cursu: an de hoc possit rogari notarius. vide de predictis in addi. Specu. in titu. de instru. edi. §. postqz. versi. & breuiter qui videtur dicere tunc q non nisi

6 de mandato iudicis: et istum casum habui de facto. †Eodem modo si vellet rogare notarium de magna inūdatione aquarū que affluxisset certa die vel tēpore: quia forte mea interest si forte conduxi predium et locator non vult mihi remittere dictam pensionem propter inundationem & perditionem fructuum: an possim hoc probare per instrumentum. nam non sufficit q ego

7 solus rogem sine iudicis autoritate: tene menti. ¶ †In glo. sequē. ibi de statu defunctorum. l. si pater. dic q in honoribus gerendis filius sequitur conditionem patris vt ibi: sed in libertate vel seruitute sequitur conditionem matris. vt. §. de rei vendi. l. partum.

1  I scriptum. †In dubio psumit pro testamēto nisi cōtra probetur. h. d. Bar. Et not. q si scriptus heres petat se mitti in possessionē bonorum & aliquis ad impediēdum missionem siue possessionem allegat defectum testamenti vel ex persona testatoris quia nō poterat testari vel heredis qui erat incapax vel preteritionis filij in potestate: non auditur etiā si velit probare istos defectus qui potius concernunt iudicium petitorum qz possessorium & requirunt altiorem indaginem. vt l. ij. j. de edi. diui adria. tollen. secus si allegaret defect⁹ visibilis: quia esset instrumentum cancellatum vel vituperosum. vt in. l. edi. eo. ti. Si vero erat questio proprietatis quia agebatur petitione hereditatis habet locum ista lex: quia pro herede scripto presumitur & pro testamento nisi probetur contrarium siue ipse agat contra aduersarium possidentē siue ecōuerso aduersari⁹ non possidens agat contra ipm possidentem. et hoc vult gloss. hic.

2 ¶ Probationum species quot sint. remis.

3 Instrumentū vel scriptura an sit de substantia cōtractus.

4 An ante rogitum contractus dicatur perfectus si prius erat facta certa conuentio inter partes.

5 Possessio vacua que sit.

6 Que sit possessio libera.

7 An venditor teneat ad transferendū vacuā possessionē.

8 Quid in quasi dñio & sic in publiciana.

9 An requirat traditio vt emptor habeat publicianam.

An ad pbationem

[a] ¶ Articul⁹ impertinēs. Adde Inn. in. c. p tuas. de test. Inn. in. c. j. de 9fe. lib. vj. gloss. in cle. constitutionem. de elec.

10 An ad ꝓbationē dñij sufficiant ista q̄tuor. s. titulus traditio: trāslatio possessionis vacue: ⁊ solutio ptij.

11 Cū ago actione reali contra illum a quo habeo cāz vel contra aliquē qui habeat causam ab eo non pōt mihi referre questionem dominij.

Quid ecōtra si ille a quo causam habeo tanꝙ a domino agat contra me tanꝙ dñs.

12 Emptor quomodo ꝓbabit ꝙ venditor erat dñs.

13 An eoipso ꝙ quis possidet vel possedit ꝑsumatur dñs ⁊ an vēdicet si cadat a possessione.

1  Cum res. †Ad substantiā cōtract⁹ regulariť nō est necessaria scriptura vel instrumētu3: ⁊ ideo l3 qs careat instrumēto pōt ꝓbare cōtractum per testes ⁊ si allegat se dñm ex cōtractu emptionis d3 probare ꝙ emit ⁊ ꝙ res fuit sibi tradita. ⁊ ꝙ possessio erat vacua et ꝙ soluit pretium supple vel habita fuit fides de ptio. h. d. nā si ꝓbaret titulum simplex traditio etiā facta a dño non sufficeret ad translationem dñij. vt in. l. nunꝙ nuda. ff. de acq. re. do. Itē titulus sine traditione etiā habitus a dño nō sufficeret vt. s. de rei ven. l. penul. ⁊ de pac. l. traditionibus. ⁊. ff. de rei vē. l. si ager. Itē traditio si nō fuit translata possessio vacua ⁊ vendens nō esset dñs ⁊ sic nō trāstulisset dñium nō sufficeret ad ꝑscribendū: ⁊ sic ad acquirendū dñium. vnde non ꝓbato ꝙ vendēs esset dñs l3 ꝓbaret vēditionē et traditionem ⁊ longū tēpus non esset dñium probatū: secus si ꝓbetur vacua possessio: na3 traditio pōt fieri sine translatione possessiōis. vt. l. si fundum. ff. de fundo do. cū ibi no. Itē ⁊ oīa ista nō sufficerēt si nō ꝓbareť numeratio ptij vel fides habita. vt insti. de rerum diui. §. vēdito. 2 ¶ †In tex. ibi cum rem. i. contractus vel obligationes: quia geruntť ⁊ conficiuntur cōsensu partiū: licet instrm adhibeať ad ꝓbationez. ꝓbatio autē[a] multis modis fieri potest. Nā sunt. xij. vel xiij. probationū species quas ponit Spe. co. titu. §. fi. Et adō hic ad idē qd̄ dixi sup rubrica. aliqñ tamē fallit in casibus in quib⁹ scriptura est necessaria qui not. in. l. contrahitur. ff. de pigno. 3 ¶ †Oppo. in prima gl. ꝙ imo instrumētum vel scriptura fit de substantia[b] ɔ̄ctus ⁊ anteꝙ scriptura ꝑficiať non dicatur ɔ̄ctus celebratus. vt. j. de fide istru. l. cōtractus. dicit glo. ꝙ illud est verū qñ apparet fuisse actū inter partes ꝙ cōtractus celebrareť in scriptis. Secus qñ nō fuisset actum exponit quū ꝑ qñ. ⁊ vult dicere ꝙ qñ inter partes res nō geriť ꝑ instrumētū quia nō fuit actū ⁊c. vel stat ꝑprie: ⁊ sic ponit rationē eius qd̄ sequitur. 4 †Sed aduerte quotidie contingit ꝙ partes faciūt mercatū de aliqua re in presentia testiū pro tanto pretio: ⁊ vtraq3 pars cōsentit ꝙ illa res sit vendita pro tanta quātitate: ⁊ qd̄ debeat confici instrumētum: q2 forte tūc nō habēt notariū preparatum: emptor postea petit cōfici instrumētū: vēditor nō vult dicēs se penituisse ⁊ potuisse penitere: q2 videť fuisse actū ꝙ ɔ̄ctus celebraretur in scriptis postꝙ fuit dictū ꝙ debeat notarius rogari ⁊ sic ante rogitū contractus nō est ꝑfectus: nec venditio facta ad ratiociniū de faciēda ꝑut in simili habeť. in. l. fideicōmissa. §. si. ff. de lega. iij. q̄riť quid iuris: ⁊ habui istū casum Florētie ⁊ plurics vidi de facto ⁊ pro ista parte ego allegabam talē rōnē si post primū mercatū factū inter partes notarius rogareť: ille notari⁹ apponet in instrumento nō diē mercati facti in quo ipse non interfuit: sed diē in quo cōfecit instrumētum ⁊ dicit ꝙ tali die vēdidit talē possessionē. ergo prius vēditio non erat facta: nā partes q̄ fecerūt ꝙ cōficiať instrm censenť tacite egisse ꝙ in instro apponatur dies quo notarius fuit rogatus ⁊ instrm cōficit. aliū dō diem nō ponit q2 nō d3 recipere rogitū nisi de his q̄ fiūt in sui ꝑsentia. Sed tūc dicit vēditor se velle vendere ⁊ emptor emere: ergo prius nō fuit facta vēditio: tñ multi sentiūt ɔ̄riū ⁊ fundanť in ista. l. ⁊ in. d. l. cōtrahitur nō cōsiderātes rōnem predictā: ⁊ istud credūt esse euangeliū. tangā in. l. ɔ̄ctus. 5 ¶ †In glo. magna ꝑ cui⁹ declaratione queriť de plurib⁹. Et primo qd̄ sit possessio vacua[c] de qua fit mentio in tex. gl. remittit ad. l. ij. ff. de act. emp. dic ꝙ illa est vacua possessio in qua nullus alius participat. si autem participat ⁊ h3 possessionē neutra diceret vacua. itē si vnus h3 ciuilē ⁊ naturalē alter detētationem: q2 esset missus in tenutā ex primo decreto non diceret vacua. vt in d. l. ij. 6 †Que autē sit possessio libera[d] dic ꝙ illa que a nemine turbatur al's secus posito ꝙ nullus participat s3 dumtaxat turbaret vt. l. vim facit. ff. de vi et vi arma. ibi per Bar. in. l. in cuius. §. cū qui. de le. ij. seu in. §. fundo. 7 ¶ †Scdō queriť an vēditor teneať ad transferendū vacuā possessionē. cōstat autem ꝙ bene teneť tradere: ⁊ ad hoc principaliter contrahiť obligatio ex empto: vt in. l. j. in princ. ff. de act. emp. Itē certū est ꝙ nō ɔ̄hiť ad trāslationē dñij. si eñ vēditor tradit ⁊ emptori nō l3 tenere nō teneť vēditor in plus quousq3 res sit euicta: l3 dñium nō sit trāslatum: vt. l. j. ff. de rerū ꝑmu. Sed dubiū est an teneať trāsferre possessionē vacuā vt alias nō sit liberatus tradendo. glo. hic dicit ꝙ trāslatio dñij nō est necessaria nec translatio vacue possessionis: q2 si vēditor est dñs ⁊ tradat que traditio facti est. l3 nullā possessionē transferat: q2 non erat apud eū nihilominus transfert dñium vt est tex. cū glos. in. l. fundum. ff. de fundo dota. ⁊ hec est cōis opi. Sed questio est: an sit liberatus: ⁊ sic an obligatio esset cōtracta ad trāslationē possessionis l3 non ad translationē dñij. Breuiter videť ꝙ sic ꝑ istā. l. ij. de act. emp. quod est verum si h3 facultatē eam transferēdi: vel etiā si nō habet ⁊ ipse asserebat se habere vel emptor ignorabat eū nō habere al's si sciebat emptor eū nō habere facultatē nō teneť: vt. l. si cum fundū. §. ferre. ff. de contrahen. emp. ⁊ in. l. si. de ac. emp. in fi. qd̄ ergo hic dicitur qd̄ transtulit vacuā possessionē non hic significat vt sit hoc necessariū ad translationē dñij: sed significat ꝙ venditor ex parte sua fecit qd̄ debuit ⁊ ad quod erat obligatus. 8 ¶ †Sed q̄ro extra glo. qd̄ ⁊ de quasi dominio: ⁊ sic de publiciana: an ad hoc vt in emptorē trāsferať quasi dñium sit necessaria trāslatio vacue possessionis vr ꝙ nō q2 iudicanť ad paria. vt. l. claudius. de ɔ̄hen. emp. In ɔ̄rium q2 quasi dñium ⁊ publiciana trāsferunť in emptorē possit vsucapere vel ꝑscribere. ille autē qui vsucapit vel prescribit dr habere quasi dñium ⁊ publicianā non ille qui non prescribit: sed sine possessione vacua quis non pōt prescribere: licet habeat titulu3. vt. l. sine possessione. de vsuca. Dic ꝙ aut est casus in quo ex solo titulo trāsfertur dñium[e] sine traditione. puta cā legati: et tunc sicut si testator esset dñs trāsfertur dñium in legatarium sine traditione ⁊ sine possessione per secundā adi. heredi. vt in. l. a titio. ff. de furtis. ita ⁊ si testator erat quasi dominus ⁊ prescribebat trāsfertur quasi dñium in legatariū: ⁊ etiā publiciana que competebat defuncto. vt no. in. l. j. §. j. ff. de pub. ⁊ in. l. celsus. de vsucap. sed si testator nō habebat quasi dominiū nec pub. q2 non habebat titulū: tūc si legatari⁹ vult incipere vsucapere a se ex titulo ꝑ legato necessaria est traditio ⁊ trāslatio possessionis: et idem si erat casus in quo dominium sine traditione non transferebatur. de ista q̄ne tangitur per Bar. in. d. l. celsus.

9 ¶ †Querit autē Cy. hic an requiratur traditio vt emptor habeat publicianam que questio est inepta q2 tex. hic expresse dicit qd̄ traditio requiriť in. l. traditione. ff. de pub. cum. l. prece. §. vlt. sed credo ꝙ voluerunt querere: ⁊ de quo. s. dixi: an requirať traditio. sc3 cū trāslatione vacue possessionis. 10 ¶ †Vlterius queritur in gl. in ver. itē dicit placētinus an ad probationē dñij sufficiant ista tria que ponūtur hic in text. vel vt dixi sunt quatuor. sc3 titulus traditio: translatio possessionis vacue: ⁊ solutio pretij. Placen. dixit ꝙ sic per istū tex. al's frustra imperator loqueretur: gl. tenet contrariū ꝙ iste tex. debet suppleri vt ista sufficiant dūmodo probeť etiā ꝙ venditor erat dñs. nam ⁊ in alio recipit suppletionē dum dicit de solutione pretij quia subaudiť vel ꝙ fuerit habita fides de pretio: vel si noluerūt supplere etiā reuersa ad venditorē et emptor ageret rei vendicatione contra eum vel cōtra heredē eius: nā nō posset dicere istum emptorē non esse dñm cū habuit causam ab eo vel autore suo tanꝙ a dño et asserente se dñm vnde allegaret turpitudinē suā qd̄ facere nō potest.

11 ¶ †Ro. istā glo. ꝙ cum ago cōtra illum a quo habeo cām actione reali non pōt mihi referre q̄nem dñij, iō si agerē hypothecaria ɔ̄ debitorē nō habeo

a ¶ Probatio autem. Adde q̄ dicatur probatio euidēs. vide ꝑ Cardi. alerā. i. c. si cui⁹. in j. no. xxiij. dist.

b ¶ De substātia. Adō an sit de substātia ɔ̄ctus ēphyteo. vide in. l. j. ⁊ ibi Bald. ⁊ Jason. C. de iure emphy. et Bal. i rub. C. de cōdi. ex lege ⁊ an sit ō substātia gratie cōcesse ꝑ papā vide ꝑ Inn. in. c. pastoralis. ō rescri. Archi. in pe. vj. gl. ⁊ doc. i c. dudu3. de sepul. Bal. i. l. humanū. in fi. ⁊ in. l. fin. C. de ser. cō. manumis. bal. in. l. si qua per calū. in. ij. col. C. de epi. ⁊ cle. Bal. in. l. fi. in. j. col. C. sen. rescin. nō pos. bal. in l. falsus. i. xj. col. C. de furtis. Bal. i. l. fi. ff. de cōsti. prin. Bal. i. l. idē vlpianus. ff. de excu. tuto. Ro. ōcisio. cccclxxxi. inci. signata supplicatiōe i antiquis Ro. deci. cccc xxij. incipi. l3 romana. in antiqs. Ro. deci. cccclvj. incip. circa scōm dubiū i antiqs. Et an sit ō essentia legis vide ꝑ Bald. in. §. oēm. insti. de iur. natu. Ange. de are. i. §. ex nō scripto. insti. co. ti. Joā. an. i regula nemo pōt. de re iudi. li. vj. i mercu. Jo. an. in addi. Spe. in rub. de cōstit. Ant. ō but. i. c. fi. i. v. col. de cōsue.

c ¶ Quid sit possessio vacua. adde gloss. in. l. fina. C. vnde vi. Salice. in l. ꝓproba. i. j. not. C. de acqr. pos. ⁊ q̄ dicať possessio adepta. vide in. c. si qs iā translatus. xxij. q. ij. gl. i. c. si tibi cōcesso. de ꝑbē. li. vj. car. i cle. si plures. in. ij. colū. eo. ti. ⁊ q̄ dicať possessio vacās. vide per Frā. paui. i trac. de ptāte. c. sede vacā. in ꝑludio. i fi. v. col. ⁊ que dicať vacās posse. ⁊ quō sit itelligēda possessio pacifica. vid. ꝑ Pau. de eleza. in cle. gſre. de rescri. ⁊ ibi Car. zaba. in. xij. q.

d ¶ Que aūt sit possessio libera. Adde doc. i. l. meminim⁹ ff. de leg. iij. et q̄ dicať possessio momētanea. vide glo. ⁊ doc. in. l. j. C. si de momē. pos. ⁊ gl. in c. cū ad sedē. de restí. spo. ⁊ que dicať possessio irreuocabilis. vide ꝑ doct. i c. put. de dolo ⁊ cōtu. ⁊ q̄ dicať possessio colorata ⁊ q̄ in colorata. vide per doc. i. c. ij. de cōcess. ꝑbē. Lap. alle. xxi. inci. an valeat collatio. ⁊ alle. cij. ici. sepe mihi.

e ¶ Solo ti. trāsfertur dñiū. adō. l. pe. C. de rei vē. l. traditionib⁹. C. de pact. Jason. i. l. si ex supplicatione. i. j. not. ff. de acq. pos.

necesse ꝓbare illũ fuisse dñm tpe obligationis quia
obligauit tanꝗ dñs:⁊ sic asseruit se dñm.nõ põt tũc
dicere cõtra.vt no.in.l.j.in prin.ff.de pign.Sic nec
ecõtra si ille a quo cãm habeo tanꝗ a dño agat ꝯtra
me tanꝗ dñs nõ possuꝫ sibi referre qõnem dñij:vt
no.in.l.ita vt si fur.ff.ꝯmo.⁊ vide ad hoc bona iura
q̃ allegant̃ ad hoc in Spe.de locato.§.nũc vero ali
qua.v.lij.ꝓ hoc.j.eo.l.siue possidetis.vbi non solũ
qñ ago cõtra eũ a quo habeo cãm sed etiã si ꝯ illũ q
hꝫ cãm ab eodẽ a quo etiã ego habeo tanꝗ a dño nõ
põt mihi referre qõnem dñij.facit qđ no.in.l.si alie-
nam.ff.solu.matri.⁊ vide qđ ibi plene no.per Bar.
12 ¶ †Sꝫ quõ probabit emptor ꝙ vẽditor erat dñs.
Rñdeo probãdo ꝙ possedit tãto tpe cum ti.⁊ bona
fide ꝙ potuit acqrere dñium posito ꝙ nõ esset dñs
⁊ si hoc nõ posset ꝓbare sufficeret ꝙ ꝓbaret se tãto
tpe possedisse cum iusto ti.⁊ alijs de quibus hic qđ
potuit prescribere si ista non posset ꝓbare.Bar.vi
detur inducere aliũ modũ ꝓbãdi dñium in.l.si rem
13 mobilẽ.ff.de acqr.pos.¶ †Ultimo placẽ.dixit per
hãc.l.ꝙ eoipo ꝙ qs possidet vel possedit presumit̃
dñs sicut.s.eo.l.ij.que loquit̃ de eo qui possidet de
p̃senti.illa vero de illo qui semel possidet:qꝛ emit et
fuit sibi tradita ⁊ trãslata vacua possessio.et dicitur
hic qđ hoc sibi sufficit ad vẽdicandũ ergo presumit̃
dñs.Glo.reprehẽdit qꝛ illa.l.dꝫ suppleri vt dixi.et
similiter in.l.ij.s.e.nã cũ sint diuersa vt in.l.natura
liter.§.nihil cõe.de acqui.pos.non sequit̃.possideo:
ergo sum dñs.et possessio p̃terita nõ sit sufficiẽs ad
probationẽ.pꝫ ex no.per Bar.in.l.pe.de cõdi.insti.
ff.⁊ per Jo.an.in nouel.in.c.illud.de presum.alias
facile eẽt a quolibet possessore rẽ aduocare per illũ
qui semel possedit.si tñ nõ agatur rei vẽdicatione sꝫ
agat̃ possessorio recuperãde ex.l.cũ q̃rebat̃.j.vñ vi.
videt̃ ꝙ si probeꝫ me aliqñ possedisse ti.⁊ bona fide.
⁊ tũc reperit̃ possessio apud te:⁊ ego dicã ꝙ illa pos.
est clandestina ⁊ occupata me absente debeo vincere
nisi ꝓbes iustã cãm possidẽdi per ea que ibi no.et ꝑ
Innoc.in.c.sepe.de resti.spo.possessio vero de p̃nti
aliqñ sufficit p̃sumptiue ad probãdũ dñiũ nõ dedu-
citur principaliter ꝓpter se sꝫ propter aliud:vt dixi
in.l.ij.⁊ probatur in.l.peñ.

2 ☞ Filiatio naturalis qualiter contrahat̃ ⁊ quali
ter filiatio ciuilis.
3 Qualiter cõstituatur quis in possessione cõsangui-
nitatis.⁊ nu.3.⁊.4.
4 Sicut reperitur possessorium filiationis et paterni
tatis an ita ⁊ possessoriũ fraternitatis vel sororita-
tis vel alterius consanguinitatis.
5 Epistola qñ inducat dispositionẽ seu probationẽ.

1 **Non epistolis.** †Per li
teras assertorias ꝯsanguinitatis nõ inducit̃ cõ-
sanguinitas nec ꝓbatur si simpl'r ꝓpter
2 aliud sũt emisse.h.d.¶ †In tex.ibi natalibꝰ ꝙ qs
sit natus ex legitimo matrimonio:⁊ tunc contrahit̃
a filiatio naturalis:[a] vt in.l.filium.de his qui sunt sui
vel alie.iur.¶ In tex.ibi adoptionis ⁊ tunc ꝯhitur
filiatio ciuilis.¶ In text.ibi q̃si ad sororẽ:ista fue-
runt verba enũtiatiua emissa principaliter propter
3 aliud.i.pro diuidenda hereditate.¶ †In tex.ibi te
posse ꝓbare cõfidis.ergo ista verba p̃iudiciũ faciũt
proferenti:qꝛ transferũt in ip̃m onus ꝓbandi dic ꝙ
ista erat in quadã possessione consanguinitatis al's
secus.Si aũt verba enũtiatiua fuissent emissa prin-
cipaliter ꝓpter se cõstituerent etiã illã in quasi pos-
sessione cã ingenuitatis.vt no.in.l.quã allegat.de li
ber.agno.l.j.§.iul.per Bar.idẽ videt̃ qñ principa-
liter ꝓpter aliud si pluries fuerũt repetita:vt idem
Bar.no.in.l.cũ scimus.j.de agri.⁊ cẽ.Itẽ cõstituit̃
qs in quasi possessione cõsanguinitatis qñ fuit ha-
bitus ⁊ tractatus tanꝗ cõsanguineus.vt in.l.ij.§.j.
4 ⁊.ij.ff.de qõni.⁊ no.in.d.l.iulia.†Et dicit hic Cy.ꝙ
sicut reperit̃ possessoriuꝫ filiationis et paternitatis.
vt.l.siue cõtra.§.qꝛ plautianum.ff.de lib.agno.ita
reperit̃ possessoriuꝫ fraternitatis vel sororitatis vel
alteriꝰ cõsanguinitatis vt sic illa quasi possessio re-
leuet ab onere probãdi.In ꝯrium qꝛ non est posses
soriũ dare vbi nõ est dare petitoriũ sed inter patrẽ ⁊
filiũ est dare petitoriũ ⁊ actionẽ p̃iudicialẽ ꝑ quã pe

a ¶ Filiatio natura
lis.Adde q̃liter ꝓ 5
bet̃ filiatio.vid gl. 1
⁊ Inn.in.c.micha
el.de fi.p̃sby.Inn.
in.c.qm̃ contra.de
ꝓba.Ant.de bu.ĩ
c.transmisse.q filij
sint leg.bar.in.l.j.
in.§.j.ff.de li.agn.
b ¶ Epistole.adde
hic q̃ plene not.in
materia in repeti-
tiõe.l.admonẽdi.
ff.de iureiu.⁊ ibi vi
de ꝑ scribẽtes.⁊ ad
de ꝙ lꝫ epistola p̃n
cipis habeat vim
legis.l.fi.ff.de leg.
⁊.l.j.ff.de cõsti.p̃n.
Tñ ĩferiores a p̃n
cipe nõ hñt vim le
gis.ita ang.ĩ.l.j.ff.
de ferijs.⁊ Alex.d
imo.late in ꝯsi.xc-
viij.col.ij.in p̃n.in
iij.vol.ĩ ver.⁊ p̃io
dũ dicit̃.Frã.cur.
Adde de hoc etiã
⁊ dic vt ꝑ Fel.in.c.
j.col.iiij.ver.in tex.
ibi ep̃le.de proba.

tatur declarari quẽ esse patrẽ vel filiũ suũ:nimirũ etiã si reperiret̃ possesso
rium nõ sic etiã reperiret̃ in alijs cõiunctis hoc declara ꝑ Bart.in.d.§.qꝛ
plautianũ.Cy.dicit hic ita s̃m Pet.sic fuisse obtentũ vltra mõtes per gl.
q̃ est hic q̃ dicit:iõ isti fratres ꝓbãt ꝙ illa erãt in possessione filiationis le-
5 gitime ⁊ naturalis.¶ †Tractat h̃ Cyn.de effectu epistole[b] dicẽs ꝙ aliqñ
b continet dispositionẽ aliqñ enũtiationẽ.primo casu si est talis dispositio q̃
posset fieri iter abñtes:⁊ ꝯctus q ꝯsensu ꝯhunt̃ inducit ep̃la dispositionẽ.
vt in.l.qdã.§.q autẽ.de cõsti.pecu.secus si nõ poterat fieri inter abñtes vt
stipu.l.j.in prin.ff.de ver.ob.Scdo casu aut enũtiatio fuit emissa principa
liter ꝓpter se ⁊ iducit ꝓbationẽ.vt in.l.publia.§.fi.ff.depos.Aut p̃ncipa-
liter ꝓpter aliud:⁊ tũc secus vt hic in tex.⁊ in fi.huius glo.prime.
2 Si quis fuit appellatꝰ filiꝰ an ꝑ hoc cõstituat̃ in q̃si possessione filiatiõis.

1 **Non nudis.** †Lex p̃cedens loqt̃ de verbis emissis
iter fratrẽ ⁊ sororẽ hic de emissis iter
patrẽ ⁊ filiũ ⁊ sic dicta in p̃cedẽti.l.cadũt hic iste tex.videt̃ pro-
bare ꝙ asseueratio faciat p̃iudiciũ q̃tũ ad trãsferendũ onꝰ pro
2 bandi.sꝫ glo.fi.dicit ꝙ illud erat hic ex eo:†qꝛ ille in quasi possessiõe filia-
tionis erat nõ ex eo tm̃ ꝙ fuerat appellatꝰ filiꝰ.sicut in p̃cedẽti erat in pos
sessione fraternitatis.alij aũt qꝛ ex sola appellatione cõstituit̃ in quasi pos
sessione filiationis.tu distingue vt dixi in.l.p̃ce.dicit aũt Bar.in.§.iul.ꝙ si
verba enũtiatiua cõtinent aliquid qđ nõ cadat nisi in filiũ:puta exhereda
tionẽ:qꝛ illa inducunt quasi possessionem.

2 ☞ Cõtra agẽtẽ possessorio an possit excipi de p̃ori violẽtia.⁊ nu.3.⁊.4.
Spoliatꝰ si agat rei vẽdicatione ꝯ spoliatorẽ sufficit sibi ꝓbare possessio-
nem ⁊ spoliationẽ nisi fuisset in possessione violẽta.vide tñ nu.3.⁊.4.
3 Secũda violentia an ⁊ quando absorbeat primam.
4 Carceratus indebite potest appellare elapsis decem diebus.

1 **Vis eius.** †Violenta possessio non releuat possidẽ-
tem ab onere ꝓbandi.h.d.¶ No.⁊ pone
casum ꝙ quidã q esset in quasi possessione libertatis fuit occu
patus per quẽdã asserentẽ se dñm ipsius propria autoritate:⁊
sic violẽter iste post aliqđ tp̃s aufugit ab eo:⁊ sic recuperauit statũ liberta
tis similter violẽter:ille qui occupauerat eũ petit a iudice illũ compelli ad
redeundũ asserens illũ esse seruũ suũ:⁊ ad hoc probandũ inducebat quali
ter per prius possederat eum tanꝗ suũ:⁊ ꝙ ille spoliauerat eum quasi pos
sessione seruitutis ⁊ dicebat hoc sibi sufficere ad probandã seruitutẽ.per.l.
si quis emp.§.sed hoc sup li.j.de p̃scri.xxx.an.vbi si ago rei vẽdi.cõtra illũ
qui me spoliauit nõ habeo necesse aliter ꝓbare dñium:sed sufficit proba-
re meipsum possedisse ⁊ eundem me possedisse spoliasse.Itẽ inducebat.l.
j.C.vbi cã status.vbi si aliquis aufugit a poss.hoc cõperto dꝫ sibi restitui:
⁊ postea de proprietate disputabit̃.Ille vero allegabat ꝙ possessio illius
nec prodesset sibi in possessorio nec in petitorio:qꝛ fuerat violenta qđ ille
prius per ipsum propria autoritate occupauerit.Imperator p̃mittit qđ
possessio violẽta non ꝓdest ad transferendũ onus ꝓbãdi in aduersariũ:et
ideo si verũ est quod asseritur ꝙ iste aufugit ab illo possessore:⁊ ipse posses
sor ip̃m violenter per priꝰ occupauerat dꝫ discuti per iudicẽ ⁊ inquiri vtrũ
ante primam occupationẽ ille occupatus esset in possessione libertatis bo
na fide.⁊ tunc illa occupatio fuit iniusta ⁊ possessio fuit violenta:ideo etiã
si iuraret non prodesset sibi ad releuandũ ip̃m ab onere probandi:eodem
modo non prodest ad onus probandũ transferendi in ip̃m fugientẽ:qꝛ in
spicitur prima violẽtia que non auferet̃ per scdam.quasi dicat.si ante pri-
mam violentiã cõmissam per occupatorẽ ille fuisset in possessione liberta-
tis mala fide non attenderet̃ illa occupatio prima sed fuga:⁊ sic nõ ꝓdes-
set isti fugienti qđ esset in possessione libertatis qꝛ est possessio violẽta.Et
primo premittit vnũ ad euidentiã vsqꝫ ibi.cũ igit̃.postea repetit proposi-
tionẽ factã per querentẽ vsqꝫ ibi inquisito prius.Tertio declarat que sint
partes iudicis opp.cõtra istum tex.primo de.l.j.s.vbi cã status.vbi suffi
cit possessori ꝓbare fugã cũ sibi debebat incõtinẽti restitui et nõ audiat̃ fu
giens de libertate quousqꝫ sit restitutꝰ priori possessori.lex illa limitat̃ per
2 istã qñ ille a q̊ quis fugit possidebat.priꝰ licite ⁊ nõ violẽter hic secus.†et
ideo cõtra agentẽ possessorio ex illa.l.põt excipi de priori violẽtia per hãc
l.tñ hic non agebat̃ possessorio sed petitorio:vt pꝫ in princ.dũ dicit qui se
3 dñm cõtendit.¶ †Sed tunc opp.de dicta.l.si quis emptionis.§.sed hoc
super illis.Solu.eodem modo si spoliatus agat rei ven.cõtra spoliatorẽ
sufficit sibi probare possessionem ⁊ spoliationẽ serui:nisi fuisset in posses-
sione violenta per hanc.l.nota.¶ Secũdo oppo.fortiter qꝛ secũda violẽ
tia absorbet primã qñ cõmittitur ex interuallo.vt in.l.j.§.qui vi.⁊.l.q pos
sessionẽ.in vlti.glo.ff.de vi ⁊ vi arma.sed hic licet seruus prius violẽter oc
cupatus fuerit iste occupatus postea violẽter aufugit:⁊ sic sublata est pri
ma violentia:qꝛ non licuit propria autoritate aufugere sicut non licuerat
propria autoritate occupare.Sol.⁊ tene menti illud procedit in rebus in-
aĩatis:qꝛ si primo te spoliaui possessione fundi ⁊ sic habes interdictũ vñ
de vi cõtra me deinde ex interuallo tu me spolias perdis interdictũ quod
habebas:⁊ ego acquiro interdictum vnde vi contra te qꝛ mea violẽtia est
purgata propter tuã.vt etiã no.per doc.in.l.si quis ad se fundũ.j.ad leg.
iuli.de vi.sed non procedit in personis animatis vt in homine violenter
possesso:qꝛ ista violẽtia non absorbet̃ propter secũdã sed potius ecõtra se
cũda violẽtia fuge nõ attẽditur ꝓpter primã violentiã in occupãdo ⁊ hoc
fauore libertatis.casus est hic singularis:lꝫ male declaretur per doc.bene
tñ dicit Bart.hic vnũ verbũ per qđ illud innuit̃ ꝙ si aliqs per p̃tãtẽ fuit
indebite

indebite captus ⁊ indebite detinet͂ si fugit nõ presumitur pro- bata iustitia prime detentionis. Glo. vltima q̃rit de intellectu lr̃e in versi. inquisito prius. ⁊ ponit tres expositiones. tene vlti- mam qui adaptat͂ litere. vt debeat inquiri an iste ante primaꝫ occupationẽ esse in posses. libertatis bonafide: an non quo re- perto apparebit an huic seruo licuerit ꝓpria autoritate aufer- re vel non ⁊ hoc reperto apparebit cui incumbat onus probã- di in petitorio sicut in simili dicitur in. l. exitus cõtrouersie. de
4 acquiren. pos. †Paul. de cast. iuris vtriusq; doc. die. v. Maij. M. ccccxxxix. Vel dic subtiliorẽ rationẽ ꝙ qñ prima violentia
a cõmittit͂ in retentione persone quotidie renouatur. Hinc [a] est ꝙ semper põt appellari si facta est per iudicẽ post. x. dies a tꝑe prime capture: q꞉ non appellat͂ ab illa. sed ab illicita detentio- neq̃ hodie fit vt no. in Spe. de retẽtionibus. §. restat. versi. sed no. ꝭm Vincentiũ. ⁊ ver. quid dicis. bene facit qꝺ no. s̃. de serui. ⁊aqua. l. ij. in glo. que incipit: ⁊ sic. x. annis circa mediũ. ibi dum dicit ꝓ presenti tuitione. ⁊ qꝺ no. in. l. eũ qui. §. in popularib⁹. ff. de iureiur. ⁊. l. j. §. interdũ. ff. de vsufr. accrescendo. Scd̃a ergo violentia q̃ cõmittit͂ in fugiendo nõ põt dici ꝙ cõmittat͂ ex in- teruallo imo incõtinenti habito respectu ad primã capturam sed ad detentionẽ que fiebat tꝑe fuge: ⁊ ideo ista secũda nõ ab- sorbet primã violentiã: vt in. ll. s̃. allega. q꞉ tunc absorberet qñ ex interuallo ⁊ istam rõnem sentit hic Bart. licet nõ alleget ea que. s̃. alleg. qui etiã dicit quãtum ad intellectũ. l. si qs emptio- nis. §. sed hoc super illis. de prescrip. xxx. an. nõ est verum indi stincte ꝙ agens rei vendi. contra spoliatorẽ nõ habet inde pro bare dñium sed sufficiat probare possessionem precedentis et spoliationẽ: licet Bar. videatur hoc sentire nisi possessio prece dens fuerit longeua: ⁊ ita intelligit istum tex. ideo cautius est agere interdicto possessorio recuperande in quo non opponit͂ exceptio dominij cum spoliatus ante omnia sit restituendus. tene menti.

2 ☞ Qui semel ꝓbatur fuisse dñs presumitur semꝑ durasse dñs vsq; ad mortem. vel si viuit presumit͂ hodie esse dominus nisi contrarium probetur.

3 Agens propter hereditatẽ cõtra illũ qui hꝫ cãm a defuncto. et asserit se cãm habere. nõ hꝫ necesse ꝓbare ꝙ res quã petit erat in bonis defuncti. vel in eius hereditate tempore mortis sue.

4 Si filij in potestate de quibus in hac. l. negẽt intentionẽ filiorũ emancipatorum inquantum asserunt predia sibi fuisse donata a patre. attamen possunt se iuuare ex tacita confessione illorum emancipatorũ que resultat ex allegatione donationis predicte. s. ꝙ pater erat dñs. ⁊ sic durauit dñs.

5 Qñ possit quis se iuuare ex eo quod ipse impugnat.

6 Presumptio iuris recipit probationẽ in contrarium.

Presumptio iuris ⁊ de iure non recipit probationẽ in contra- rium nisi per confessionem partis.

Fictio quod non recipiat probationẽ in cõtrarium etiam per confessionem partis.

7 Statuta que dicunt ꝙ heres mittat͂ in possessionẽ rerum here ditariarũ seu qui probãtur fuisse vsucapta vel possessa per de- functum tꝑe mortis sue non obstãtibus quibuscũq; instrumen tis singularũ personarũ vt hic videntur conformia iuri cõi ⁊ de bent extendi ⁊ fauorabiliter interpretari.

8 Si ago cõtra te rei vendi. asserens me tali tꝑe fuisse dñm. et ad hoc probo ꝙ tali tꝑe fui dñs ꝙ ista probatio mihi nõ prosit ni si allegarem etiam ꝙ hodie sim dominus.

Quid si allego te fuisse excõicatum ⁊ nõ dico ꝙ hodie sis. ⁊ pro bem excõicationem. non tu absolutionem an sit presumptio qꝺ etiam hodie sis.

9 Quid in possessione an qui semel possedit presumatur etiã ho die possidere vel possessionem continuasse.

10 Reus ⁊ possessor cogitur dicere titulum sue possessionis ad ex cludendum actorem qui suam intẽtionem fundauit si non vult condemnari.

Acquisita per mulierem presumuntur acquisita de bonis viri pro euitando suspicionem turpis questus: põt tamen probari contrarium.

11 Qui habuit cõuersationẽ aliquo tempore cum aliqua muliere libera presumitur cõtraxisse matrimonium cum illa sed potest probari contrarium.

12 Que sit presumptio iuris ⁊ que iuris ⁊ de iure et quando reci- piant probationem in contrarium.

1 

Iue possidetis. †Ista est lex famosa et etiam vtilis. hoc dicit. Actor tenetur probare suam intentionem et etiam reus post fundatam intentionem actoris. hoc dicit vel sic. Res que probatur fuisse defuncti presumitur eius fuisse et perseuerasse vsq; ad mortem: et sic transiuisse ad eius heredes: non autem presumitur fore illius qui pretendit a defuncto titu. singularem nisi probet siue possideat siue non. hoc dicit. nam ⁊ sic maior resultat presumptio pro successore
2 vniuersali q̃ꝫ pro singulari. †Item allegatur ꝙ qui semel pro bat͂ fuisse dominus presumitur semper durasse dominus vsq; ad mortem: vel si viuit presumitur hodie esse dominus nisi cõ- trarium probetur. ¶ Et pone casum ꝙ quidam decessit reli- ctis duobus filijs emancipatis ⁊ exheredatis ⁊ alijs duobus in potestate ⁊ heredibus institutis in hereditate eius erãt duo predia qui illi emancipati pretendebant esse sua ex donatione [a] eis facta per patrem. alij duo contradicebant negantes dona- tionem et dicentes ad se pertinere tanq̃ꝫ ad heredes: quesiue- runt ab imperatore quibus incumbat onus probãdi: an illis emancipatis ꝙ eis fuerunt donata: an ipsis ꝙ fuerunt ad eos transmissa tanq̃ꝫ ad heredes. Imperator respondit ꝙ incum- bit illis emancipatis siue agant contra istos filios in potesta- te possidetis per regulam generalem ꝙ actori incumbit onus probandi suam intentionem: ⁊ sic donationem predictam in qua fundatur eorum intentio: vt in ea. l. actor. siue agatur con- tra eos quia possident per filios in potestate petitione heredi- tatis vel rei vendi. quia intentio ipsorum agentium est funda- ta ex duobus. scilꝫ ꝙ apparet eos esse heredes patris per osten sionem testamenti. Item apparet illa predia fuisse patris ex ta cita confessione illorum emancipatorum qui allegando dona- tionem eis factam a patre tanq̃ꝫ de predijs ipsius patris taci- te confitentis patrem fuisse dominũ: ⁊ hoc presupposito presu- mitur pater semper fuisse ⁊ continuasse dominus vsq; ad mor tem: ⁊ sic ad heredes suos dominium transmisisse nisi per emã cipatos probetur contrarium ꝙ ante mortem pater eis dona- uerat et tradiderat ⁊ sic desierat esse dominus. hoc dicit ista. l.
3 famosa: †⁊ no. ex qua apparet ꝙ agẽs petitione hereditatis cõ [b] tra illum qui habet causam a defuncto ⁊ asserit se causam ha- bere non habet necesse probare ꝙ res quaꝫ petit erat in bonis defuncti vel in eius hereditate tempore mortis sue quia presu mitur ex eo ꝙ ille pretendit causam a defuncto habuisse: et sic ex eo ipso fundata est intentio agentis nisi reus probet causam
4 quã allegat. ¶ †Not. etiam ꝙ licet isti filij in potestate negent intentionem filiorum emancipatorum inquantum asserũt sibi fuisse donata: attamen possunt se iuuare ex tacita confessione il lorum emancipatoruꝫ que resultat ex allegatione donationis predicte videlicet ꝙ pater erat dñs ⁊ sic durauit dominus ⁊ in ista tacita confessione isti filij in potestate fundant intentionem
5 eorum agendo contra emancipatos. †Sed contra de eo dixi in l. ij. s̃. eod. ꝭm bar. ⁊ de. c. quod. de reg. iur. lib. vj. quia exceptio- ne aduersarij quam ego non possum recipere in vim tacite cõ- fessionis: vt si peto a te centum tanq̃ꝫ mutuata ⁊ tu excipis vel facis positionem qꝺ mihi soluisti vel ꝙ feci tibi pactum de nõ
b petendo. ⁊ ego hoc nego [b] non possum dicere qꝺ videaris taci- te confessus debitum precessisse et sic habeo necesse probare. se- cus si confiterer ⁊ replicarem. ista est fortis oppo. ⁊ nullus eam facit. Potest dici qꝺ quando intentio tota aduersarij mei con sistit in eo quod ponit: licet eaꝫ negem possum tamẽ me iuuare ex ea vt hic: secus si tota intentio. quia posito quod confiteor te soluisse vel me fecisse pactum de non petendo replicare quod non valet: quia eram minor vel qꝺ pecuniam dissipaui nec fui- sti liberatus: quia soluisti mihi sine tutoris autoritate. qꝺ quid sit ista solutio nõ est sine scrupulo: ⁊ oppo. et est difficilis ⁊ pro
1 **Uoniam.** †Qui testes de longinquo p ducere vult tenet̄ administrare expensas: 7 ad testimonium non admittūtur ferui nec etiam participes criminum in causa criminali. h. d. de materia prime partis summarij. vide quod no. in. c. si quis testium. extra eo. ti. per glo. 7 Joan. and. in nouel. 7 in addi. Specu. eo. titu. §. qualiter. in additione que incipit. 7 in predicta decretali statutum 7c. vbi plura dicit: scilicet q is contra quem producitur nō debet participare in expensis: licet testis debeat testificari pro vtraq; parte 7 etiam debeat respōdere interrogatorijs ipsius. 7 quod iste expense sunt ministrande antequā testis de loco vbi est recedat: 7 q non debet haberi consideratio de eo qd̄ in domo sua esset expensurus. 7 q si recepit sumptus pro decem diebus et in quinq; expediuit debet restituere residuum. ¶ De vltima parte. s. de partibus criminum scilicet q non possint esse testes in eodem crimine. vide quod not. in. c. veniens. extra eo. titu. 7 in. c. j. eo. titu. lib. vj. 7 quod no. in glossa mag. 7 qd̄ habetur per gloss. in. l. si quis filium. j. de libera. cau. Et dicit hic Bal. q si fuerint quatuor socij in cōmittendo maleficium

leficium contra quos inquiritur si tres vellent excusare quartū q̄ non fuit culpabilis non staretur dicto ipsorum sicut nec contra si dicerent se non fuisse culpabiles sed illum solū. ¶ In tex. ibi his venturis. cum ergo quis producit testes absentes et petit vt mittat pro eis debet iudex dicere depone expēsas al's non debet ipsum audire propter hoc verbū qd̄ est futuri temporis.
2 ¶ †In glo. que incipit nō ergo queritur in prin. si vnus cōmisit vnū homicidium alter alterū: an vnus pro altero possit testificari. videtur q̄ non quasi videātur participes criminis. gl. tenet contrarium dicens q̄ iste tex. loquitur quādo participant de vno ⁊ eodē crimine: secus si in diuersis. istud qd̄ dicit glo. p̄cedit de iure ciuili: et quando ille qui producitur in testem non erat de homicidio condēnatus: al'as quia esset infamis repellitur a testimonio. iuxta nota. in. l. ij. §. miles. ff. de infamibus. et idem de iure canonico: licet nō esset condēnatus: quia criminosi de iure canonico repelluntur nisi post peractam penitentiam vt in. c. testimoniū. extra eo. Bal. dicit posse idem dici de iure ciuili quasi testis criminosus sit vilis et abiecta p̄sona. ff. eo. l. iij. post princ. sed qualiter poterit probari coniuratio cum illa teneatur secreta ⁊ non nisi participes sciant. dicit Bal. q̄ tūc per
3 eosdēmet probabitur. arg. l. cōsensu. §. de repu. p̄ mediū. ¶ †In
a glo. penul. ibi ⁊ est arg. q̄ laboratores a debeant ali. docto. tenēt contrarium. per. l. suo sumptu. de operis libertorum: quia qui tenetur ad operas debet eas suo sumptu prestare. Nec obstat illa. l. quia hic ad cōmodum tantū producentis veniūt testes sed laboratores p̄stant pro recipiēdo mercedē: ⁊ sic gratia vtriusq̄ nisi consuetudo sit in cōtrarium. vide qd̄ no. Bar. in. l. si nō sortem. §. libertus. de condi. indebi.

2 ☞ Si oppono cōtra testes p̄ te productos q̄ sunt inimici mei ⁊ dico q̄ nō debent examinari. et tu dicis quod examinentur et reseruetur hoc in fine litis: quid iuris.
3 Mitior est inimicitia que contrahitur ex causa criminali q̄ qui ex ciuili causa.
Litigia generant inimicitias inter litigantes.
Personis vilibus q̄ non credatur sine tortura ⁊ q̄ omnes exceptiones q̄ proponunt̄ contra eos debeant examinari priusq̄ torqueantur.
4 Duo casus in quibus exceptio opposita contra personam testis impedit examinationem sed regulariter tales exceptiones non impediunt sed reseruantur in fine processus post conclusionem in causa.
5 Si pars nō opponit cōtra personam an iudex ex officio possit ipsum testem interrogare de qualitate sue persone: an sit amicus vel inimicus producentis vel eius consanguineus.
6 Si postq̄ testis deposuit pro me contra te interrogatus an sit inimicus tuus respondeat q̄ sic: ⁊ an sit īfamis vel criminosus respondeat similiter irritabitur dictū ei⁹ secus si ex interuallo.
Quid si diceret q̄ falsum testimonium reddidit.
7 Si cum haberem nisi duo testes procurasti inimicitiam cū eis percutiendo ipsos vel aliam iniuriam inferēdo quomodo mihi prouideatur.

1 Si dicatur. †Idem. l. C. in prin. dicit q̄ liberi tantū admittūtur ad testimonium. Queritur si producis testes cōtra me ⁊ ego oppono qd̄ sunt serui et q̄ non debent examinari sed repelli ⁊ offero me probaturum: tu petis q̄ examinentur ⁊ q̄ ista exceptio reseruetur in fine cause: vt si probentur serui non valeat dictum ipsorum si non probentur valeat interim autem expediātur testes: quia volūt recedere. queritur quid iuris ⁊ que erunt partes iudicis. Imperator respondit cū distinctione q̄ aut dicunt se ingenuos ⁊ nunq̄ fuisse seruos et tūc est presumptio pro eis. ideo debent examinari et exceptio mea reseruari in finem cause vt post publicationē processus in termino dato ad opponendū contra personas testium ⁊ cōtra dicta possim hoc probare q̄ sunt serui: ⁊ tunc non valebit ipsorū testificatio: al'as secus. Aut fatentur se fuisse seruos. sed dicunt se fuisse manumissos ⁊ tunc est p̄sumptio pro me excipiente: ideo non debent prius examinari q̄ adducant manumissionem: q2 fundata est intentio mea: ⁊ no. per hoc q̄ ille qui dicit se absolutum ab excommunicatione nisi probet absolutionem presumitur excōmunicatus hodie de quo per Bar. dic in. l. x. de verbo.
2 oblig. ¶ †Sed quero hic sumpta occasione quid si oppono cōtra testes per te p̄ductos q̄ sunt mei inimici. ⁊ dico q̄ nō debēt examinari. tu dicis qd̄ examinentur ⁊ reseruetur hoc in fine litis mote quo supra. ⁊ dic si dico eos īimicos ex aliqua causa criminali vel delicto quia accusaui ipsos de crimine capitali: et pendet accusatio. nō debent examinari ⁊ volo probare et quousq̄ pēdet accusatio. postq̄ autem esset finita innuit q̄ possent quod est verum si succubui in accusatione: sed si obtinui perpetuo repellentur s'm Nico. ma. ⁊ Bal. si enim inimicitia prouenit ex lite ciuili quam habeo cum eo non debet supersederi in examinatione. idem si alio modo sed postea examinabitur causa inimicitie. ⁊ si erit magna nō stabitur dicto eius: secus si parua intellige istum text. vt nota. ff. de questioni. l. j. §. questioni. p̄
3 glo. ⁊ Bar. facit. l. licet. ff. de arb. ¶ †No. ergo qd̄ mitior est inimicitia que contrahitur ex causa criminali q̄ que ex ciuili causa. item qd̄ litigia generant inimicitias inter litigantes. facit. l. properandum. post prin. §. de iudi. Et notandum q̄ distinctio huius aut. vendicat sibi locum in teste qui examinatur sine tormentis. si autem in tormentis vt accidit in personis vilib⁹ quibus non creditur sine tortura omnes exceptiones que proponuntur contra eos debent examinari priusquaꝫ torqueantur. vt. l. j. §. si dicatur. ff. de questioni. ⁊ ibi per Barto. ⁊ vide qd̄ no. in. c. ex parte ade. extra de testi. Pro declaratione huius auf. in
4 nouel. ⁊ qd̄ no. Inno. in. c. presentiuꝫ. eo. titu. lib. vj. ¶ †No. ergo duos casus hic in quibus exceptio opposita contra personam testis impedit examinationem. regulariter auteꝫ tales exceptiones contra personam non impediunt sed reseruantur in finem processus post cōclusionem in causa ⁊ publicationeꝫ processus. nam tunc dicatur terminus. vt. §. dixi ad opponendum contra personas ⁊ dicta de quo loquitur. l. si quis testibus. §. e. et ibi dom. Cyn. legit hanc auf. dicens q̄ melius stat ibi q̄ hic.
5 ¶ †Sed queritur quid si pars non opponit contra personam an iudex ex officio possit ipsum testem interrogare de qualitate sue persone: an sit amicus vel inimicus producentis vel eius consanguineus vel infamis vel criminosus. quidam dicunt qd̄ non: quia illa sunt extrinseca et non tangunt testimonium. nec ad illam restringitur iuramentum sibi contrarium. tenet hoc Nico. ma. ⁊ Bal. ⁊ ita de facto seruatur ad quod vide quod no.
6 in. l. marcellus. ff. rerum amota. per Bar. ¶ †Ex hoc sequitur q̄ si postq̄ testis deposuit pro me contra te interrogatus: an sit inimicus tuus. respondit q̄ sic. ⁊ an sit infamis vel criminosus. et similiter respondeat qd̄ sic irritabitur dictum eius: secus si ex interuallo hoc diceret vel diceret q̄ falsum testimoniū reddidit: quia mihi per hoc non preiudicat nec tollit mihi ius que a
7 sitū. arg. in. l. si quis in graui. §. j. ⁊ ibi not. ff. de questioni. †Iteꝫ pone non habebam contra te nisi duos testes: tu ad impediendum testimonium ipsorum procurasti inimicitiam cuꝫ eis percutiendo ipsos vel aliam iniuriam inferendo queritur quomodo mihi prouidetur. istam questionem determinat Bar. in. l. j. §. si quis. de questioni. q̄ si cū fratre tuo inimicitia superueniat non debet mihi nocere. ⁊ q̄ nihilominus dabitur eis fides. Et sic no. magnam limitationem ad hunc text. quia debet intelligi de inimicitia que non venit malitiose ab opponente. quia de illa non potest opponi. patet etiam hic ⁊ in vltima glo. in fi. quia post dicta testificata ⁊ publicationem testium possunt induci alij testes ad reprobandum eos quod declara: vt dixi in auf. qui semel. §. titu. j.

a ¶ Laboratores. adde barba. cōsil. lxij. incipi. Paul⁹ apostolus. in pric. iij. colū. versicu. et subdit ibi Bal. in iiij. volu.

2 ☞ Vasallus q̄ non possit testificari contra dominum cui tenetur habere reuerentiam.
Testis etiam non vocatus an possit venire sponte ad testimonium perhibendum.

1 Libertorum. †Liberti non possunt testificari cōtra patronum propter reuerentiā quā eis debent. h. d. si sponte testificantur puniuntur: secus si non sponte. Sed an eo ipso qd̄ citatus et iussus testificari testificatur videatur coactus testificatus. dic q̄ nō nisi excipiat qd̄ non est cogendus. q2 est libertus et iudex hoc non obstante ipsum coegit p. l. ait pre
2 tor. §. permittitur. ff. de mino. †⁊ est arg. iste tex. q̄ vasallus non
b potest b testificari contra dominum cui tenetur exhibere reuerentiam. ¶ Item iste tex. innuit qd̄ testis etiam non vocatus possit venire sponte ad testimonium perhibendum si non est prohibitus: an hoc sit verum. dic per Bar. in. l. post legatum. §. is vero. ff. de his quibus vt indig.

b ¶ Vasallus non potest. Adde glo. in. c. de forma. xxij. q. v. Spe. tit. de teste. in. §. j. versi. sed nunquid vasallus. Ab. in. c. accedēs. el. ij. vt lite nō cōtestata. Ant. de but. in. c. insuper. de tes.

2 ☞ Iudex quod possit quēlibet eius officialem in officio sibi cōmisso: delinquentem punire.
Quid si officialis fatetur se extra officium deliquisse.
Casus in quo quis extraordinarie punitur sine processu accusationis vel inquisitionis.
3 Testes debent examinari in secreto sine partium presentia. sed iuramentum prestatur parte presente vel citata. ⁊ similiter separatim vnus ab altero.
4 Falsitas qualiter committi dicatur.
Si vnus testis contrariatur alteri an possit iudex eos punire: an autem debeat reducere ad concordiam si fieri potest.
5 Clericus si testificatur coram iudice seculari an poterit per cuꝫ puniri pena hic.
Testis si fuit punitus extraordinarie prout hic. an poterit ordinarie puniri crimine falsi: si tulit falsum testimonium.

1 Nullum. † Iudex ex suo officio põt testem vacillantem vel sibiipsi cõtrariã tem vel falsum euidenter testificantem punire pro arbitrio suo licet non sit de sua iurisditione ratione priuilegij vel iuris communis.h.d.ꝛ semper allegatur ad quod
2 vide.l.qui falsa vel varia.ff.eo.titu.† Et idem videtur in quolibet officiali iudicis delinquente in officio sibi cõmisso vt in notarijs cause:vel nũtijs curiarũ.vt.s.de spor.l.ij.Secus si extra officiũ fatereẽ se deliquisse.lʒ eñ posset ipsum repellere a testimonio ratione vtilitatis vel infamie vt dixi in auẽ.si testis non propterea ex officio mercenario posset ipsum de illo crimine punire.sed debet formare inquisitioné vel expectare ꝙ accuseẽ via ordinaria.ꝛ sic no.casum hic in quo quis extraordinarie puni-
3 tur sine processu accusationis vel inquisitionis.¶ † No.tex.ibi iudicantis intrare secretum ꝙ testes debent examinari in secreto sine partium presentia sed iuramentum prestatur parte presente vel citata.vide etiã hic qd̃ no.in Spe.eo.ti.§.nunc tractandum.l.minime.ff.de legi.Et similiter separatim vnus ab altero ne vnũ ꝛ eũdẽ sermoné proferant.lʒ gl.videaẽ dicere contrarium in.d.l.minime.et vidi in quodã processu.xij.simul ꝛ semel interrogatos deposuisse per eundem modũ in publico.vñ non videtur eis standũ.ar.hic.¶ In tex.ibi cũctis iudicibus intellige de illis qui de illo crimine possent ordinarie puniri:alĩs secus ita intelligit Barto.in.l.si quis obrepserit.in fi.ff.de fal.
4 ¶ † In tex.ibi de falsitate vel fraude.falsitas committitur dicẽdo.fraus vero tacẽdo vel ironice loquẽdo qd̃ declara p bald.in.l.presbyteri.§.de epis.ꝛ cle.Itẽ si sibiipsi cõtrariantur.si aũt vnus cõtrariatur alteri nõ posset aliquem ipsorũ iudex punire hoc modo.sed eorũ dicta debẽt reduci ad concordiã si fieri põt.ita not.Bar.ff.de fal.l.pe.in fi.declarãdo istum tex.vel stabitur dignioribꝰ.vt.s.eo.l.iureiurã.versi.j.Et adde qd̃ no.ij.qd̃.vj.
5 c.hoc quippe.in glos.¶ † Sed quid si clericus testificaturꝰ coram iudice seculari:an poterit per eum puniri pena de qua hic Inno.tenet ꝙ nõ.de foro compe.in.c.verũ.circa finẽ.ꝛ in.c.dilectus.de penis.lʒ Cy.videatur hic tenere cõtrarium.¶ Item pone ꝙ testis fuit punitus extraordinarie prout hic:an poterit ordinarie puniri crimine falsi si tulit falsum testimonium.Cy.tenet hic ꝙ non:quia de eodẽ crimine non debet quis pluries puniri:vt in.c.licet.ff.nau.cau.sta.in fine.ꝛ.l.sena.de iniur.Bal.tenet hic cõtrarium si nõ fuit cõdigne punitus.ad qd̃ facit qd̃ no.in.c.at si clerici.extra de iudi.ꝛ quod idem Bal.no.in l.cunctos populos.de summa trini.

a ¶ Si clericꝰ testificaẽ. Adde Ange.in.l.si vacãtia.in.xj.col.versi.lʒ tũc dubitaẽ de clerico.C.d̃ bo.vacã.lib.x.Bald.i.c.ij.in.j.col.de confes.Bal.i.c.si clericꝰ.de pace te.in vsi.feud.Pe.de ancha.in regula ca que.de reg.iur.li.vj.q.xxj.in fi.Jo.de ana.i.c.j.co.d̃ cri.fal.Fede.de se nis cõsi.ccxxv.in cip.factũ tale est.quidã ex bannitis qd̃ consiliũ sequiẽ Pet.de ancha.in d.regula ea que.ꝛ adde qd̃ dominꝰ Maria.sozi.in.c.postulasti.q.xviij.de fo.compe.dicit ꝙ lʒ clericꝰ possit puniri.reseruatur tñ in tali casu executio eiꝰ epo:lʒ ipse iudex laicus poterit executioné in bonis ipsiꝰ clerici facere etiã cõtra fideiussores ipsius clerici.alleg.nota ta hic ꝛ notata p Archi.in.c.psbyteri.v.q.vj.ꝛ i materia adde Abb.i c.verũ.de foro cõpe.ꝛ eundem do.Marianũ i.c.j.e.tit.fal.xij.Cur.

2 ☞ Frater non admittitur in testem pro fratre sed pro altera parte bene potest et quando.
3 Quod idem testis possit in eadẽ causa examinari super diuersis articulis.
4 Testis qui in aliqua causa deposuit pro vna parte ad probandũ mutuum an possit postea produci contra me ad probandũ solutionem vel pactum de non petendo.
An alius in alia causa possit ipsum contra me producere.ꝛ qd si tũc cõtra eius personã obijciam ꝙ sit seruus.ꝛ nu.7.
5 Si produxi in aliquod instrumentũ manu talis notarij.ꝛ tu nihil opposuisti.et postea producas aliud instrumentum manu eiusdem quod nõ possim obijcere ꝙ ille non est notarius.
Producens aliquod instrumentum pro se:non potest postea ipsum reprobare in eo quod continet contra se.
6 Si produxisti vnum testem contra me quem poterã reprobare et non reprobaui:et postea in alia causa eundẽ contra me producis an potero tunc eum reprobare.
7 Si reprobasti testem quem produxi contra te et fuit repulsus si postea velis eundem contra me producere an potero eum reprobare.
8 Si tempore quo produxi testem credebã ipsum esse habilẽ.sed postea peruenit ad notitiam meã eius inhabilitas an si producis eum contra me possim eum reprobare.
9 Testes quãdo probãtur fuisse corrupti pecunia etiã si non constat eos falsum deposuisse non valent depositiones eorum.

1 Si quis. † Contra personã testis quẽ quis semel produxit nõ potest opponere nisi causa de nouo emerserit:sed cõtra dicta eius sic:h.d.bonus casus quem tene menti.Barto.dicit hoc esse verum etiam si nolit vti dicto eius:quia sufficit ipsum semel produxisse et vti potuisse.ff.quod quisqʒ iur.l.iij.in prin.scd̃m Ja.de ra.ꝛ Pet.et primo ponit vnũ dictum vsqʒ ibi non adimẽdã cum vna exceptione.Secũdo ponit aliud dictũ vsqʒ ibi.sed et si liquidis.Tertio redit ad primum casum ponẽdo aliam exceptionem vt possit opponi contra personas si redar-
2 guantur de corruptela.† Sed addo tertiam quãdo esset diuersus a causa opponendi.pone ꝙ contra te induxi fratrem tuum nunc tu vis ipsum inducere contra me:oppono ꝙ nõ sit credendum cum alia ratio sit in persona tua ꝙ fuerit in mea:quia pro te nõ potest testificari vt sibi adhibeatur plena fides ratione parentele:sed pro me et te bene potest nisi sit persona que debeat tibi reuerentiam.vt.l.libertorum.§.eo.tit.Et vide hic qd̃ no.Inno.de excep.c.cum venerabilis.ꝛ qd̃ not.in addi.Spec.
3 de test.§.sepe.circa fi.¶ † In tex.ibi in alia causa.idem dico in eadem si primo induxit pro me ad probandũ mutuũ.tu postea vis producere contra me ad probãdum solutionem vel pactũ de nõ petendo:nã multo minus possum ipsum repellere quicquid dicat glos.prima ꝙ idem testis semel examinatus in vna causa non debet amplius examinari.sed hoc est verum sup eodem sed super diuersis articulis sic.¶ Sed pone ꝙ non tu cõtra quem primo produxi.sed alius in alia causa contra me producit eundem.gloss.tenet idem ꝙ non.et sic approbatio testis
4 facta tecum extenditur ad aliam personam.¶ † Sed pone ꝙ iste erat seruus.et sic ipsa testificatio est ipso iure nulla:quomodo ergo ei est standum.Respondeo quia non possum ei obijcere nec iudex debet vlterius querere postꝙ semel approbauit pro me et paria sunt ipsum fore habilem et esse inhabilem.ꝛ de inhabilitate non posse opponi per tex.ꝛ glo.in.l.qui habebat.
5 in fin.de manumis.testa.† Et per istum text.videtur si produxi quoddam instrumentum manu talis notarij.et tu nihil opposuisti.postea producis aliud instrumentum manu eiusdem nõ possum obijcere:quia ille non est notarius.eadem ratiõe scd̃m Bal.¶ In tex.ibi testimonium eorũ arguere:quia producẽs nõ potuit preuidere quid testis esset dicturus sed bene potuit preuidere:an esset habilis vel non.et ideo si quis producat instrumentũ pro se in quo aliquid continetur contra se nõ postea potest ipsum reprobare in eo ꝙ continet cõtra se:quia illud potuit preuidere et producendo instrumentum censetur vere confessus esse omnia que in eo continentur.no.Inno.in.c.cum venerabilis.de excep.ꝛ per Bar.in.l.post legatum.de his qui.vt
6 indi.die.xv.martij.M.cccccxxix.in ciuitate Padue.¶ † Quero quid si produxisti vnum testem cõtra me quem poteram reprobare ꝛ non reprobaui postea in alia causa istum eundem testem contra me producis:an possum ipsum reprobare videtur quod non:quia semel ipsum approbaui non reprobando.Cõtrarium dic scd̃m doct.quia aliud est approbare ipsum producẽdo vt in ista.l.aliud non reprobãdo:quia in minus hoc se hʒ
7 arg.in.l.voluntaria.j.de excusa.tu.¶ † Item pone ꝙ testẽ quẽ produxisti tu reprobasti et fuit repulsus vis nũc eũdem testem contra me producere in eadem causa vel in diuersa.ego volo ipsum reprobare:an possum:videtur ꝙ non per hanc.l.in contrarium postꝙ mea productio non fuit sortita effectũ te reprobante nõ potes in ea te fundare ad impediendũ me reprobare.arg.eorũ que dixi in.l.ij.§.titu.j.ꝛ qd̃ no.Bar.in.l.non vtiqʒ.ff.
8 de excep.¶ † Item quero quid si testem quem contra te produxi alius nunc vult cõtra me producere:an possim ipsum reprobare doct.vidẽtur tenere ꝙ non per istam.l.que generaliter loquitur dũ dicit ꝙ producantur.ꝛ sic posset intelligi a quocũqʒ nõ solum ab illo cõtra quem fuerũt producta.certe putarẽ contrarium quia res inter alios acta sicut alteri non nocet.ita nec debet prodesse:vt.j.res inter alios acta ꝛc.¶ Item quero si tẽpore quo produxi credebã ipsum esse habilẽ:sed postea peruenit in notitiam meã eius inhabilitas:an si producis eũ contra me possuʒ ipsum reprobare.dic qd̃ sic:quia paria sunt causam inhabilitatis de nouo peruenire quo casu possum reprobare:vt in fi.huius.l.vel fuisse tẽpore productionis et me ignorasse.vt in.c.pastoralis.de except.ꝛ de testi.c.presentium.Quasdam
9 alias questiones necessarias vide per Cy.hic.† Debes etiam scire qd̃ quãdo testes probantur fuisse corrupti per pecuniam etiam si nõ cõstat eos falsum deposuisse nõ valent depositiões eorum scd̃m Pet.ꝛ Cy.sicut nec sententia iudicis qui probaẽ corruptus.licet non appareat iniusta.l.ij.in fi.de condi.ob tur.causam.ꝛ.l.venales.quando prouocare nõ est necesse.

2 ☞ Quando de debito constat per scripturam ad hoc vt probetur solutio per duos vel tres testes tria requiruntur.
3 Quid si non erat scriptura publica sed priuata debitoris ꝛ confessata vel cum subscriptione trium testiũ pro ea deponentiũ.
4 An duo testes nobiles sufficiant au probandum solutionem:vt hic.
Testes de quibus hic qualiter debeant iurare.ꝛ an debeãt esse rogati.ꝛ nu.6.
5 Testis qualiter debeat reddere rationem sui dicti.ꝛ nu.11.
6 Si cõtra cõfessionem debitoris redactã in scriptis cũ causa legitima nõ admittitur probatio in cõtrariũ nisi per aliã scripturam admittetur tamen probatio de qua hic.
7 An per duos testes possit quis probare instrumentũ fuisse simulatum ꝛ nõ verũ et etiã per alias duas coniecturas q̃ sufficiunt ad probandum simulationem.

Quid si statutum

8 Quid si statutum dicat ꝙ contra instrumentū cōtinens quāti-
tatem vltra.xxx.libras non admittatur probatio nisi per aliud
instrumentum.
9 Licet aliqua sint probanda per scripturam ⁊ non per testes vt
mandatum principis vel acta cause coram iudice: si interuenit
scriptura ⁊ fuit perdita poterit fieri probatio per testes.
10 Iuramentū testis est de veritate ⁊ an etiam de credulitate.
11 Instrumentū quot testes debeat continere.
12 Testis cū interrogatur de contestibus an debeat dicere ꝙ ipsi
audiuerunt vel viderunt ⁊ si diceret non recordari qui fuerint
presentes non vitiat eius dictum.
13 Testes ꝙ debeant interrogari de loco ⁊ tempore: ⁊ si dicāt non
recordari an vitiētur dicta eorum ⁊ si discordēt in tempore: an
reddantur suspecti.
14 Instrumentū si est perditum an sufficiat ꝙ quis probet solam
perditionē: an etiam eius tenorem ⁊ veritatem rei.

1 Testium. †Quando de debito apparet ꝑ
scripturam ad probādum solu-
tionem eius sine scriptura requirunt quinqꝫ testes
omni exceptione maiores: vel alia scriptura aut. sed
si fuit scriptura confecta ⁊ probata. hoc probato sufficiunt ad
probandū solutionem duo testes sicut regulariter sufficiunt in
aliis causis. h. d. ista. l. singularis que semper allegatur. dubiū
erat hic: q: in instrumēto publico sufficiunt duo testes ad eius
solennitatē regulariter ⁊ aliquando tres concurrentibus qui-
busdā de quibus in. l. fi. §. si cer. pe. Si ergo produco contra te
instrumentū publicū continens duos vel tres testes in quo con
tinetur ꝙ tibi mutuaui centū. videbatur ꝙ ad probandū solu-
tionem deberent sufficere tot testes quot continent in instrumē
to et multomagis. tamen q: contenti in instrumento si mor-
tui sunt vel non deponunt faciunt vt instrumentū faciat fidem
de debito: iuxta no. in. l. fin. j. de fideicō. multo ergo magis duo
vel tres testes deponentes de solutione deberēt sufficere q: pa
rem autoritatē habent testes ꝙ̄ instrumentū: vt in. l. in exercen
dis. j. tit. j. Item q: obligatio probatur per tale instrumentum
quod habet vim tot testiū quot ibi sunt descripti. fortius libe-
ratio que est magis fauorabilis deberet posse probari pe toti-
dem. Contrariū hic statuitur ꝓpter facilitatē testium q: multi
proni sunt ad dicendum potius falsitatem ꝙ̄ veritatem: ⁊ q:
multi producuntur qui sunt viles ⁊ redempti. ⁊ ad hoc obuiā
dum. propterea probatio debiti fuit ita solennis: q: ꝑ scriptu-
ram publicā et autenticā prouidetur per hanc legē. propterea
etiā solutio ⁊ liberatio debent solēniter fieri per aliā scripturaꝫ
publicam ⁊ autenticā in qua contineantur totidem testes. ⁊ sic
sufficiunt duo vel tres. Sed si scriptura non fuit cōfecta impu
tet sibi soluens: q: nō admittetur ad probandū nisi per quinqꝫ
testes idoneos ⁊ bone opinionis que deponūt vt hic habetur.
2 †Si tamen fuit confecta scriptura ⁊ perdita: q: nō contempsit
ꝓuisionem huius legis permittitur sibi vt ꝓbato ꝙ fuerit con
fecta scriptura ⁊ ꝙ fuit perdita ꝓbatur solutio per duos testes
vel tres. ⁊ sic tria erunt probāda: ꝙ scriptura fuerit cōfecta. Itē
ꝙ fuerit perdita. Item solutio ipsa ꝙ testes viderint eam fieri.
Cyn. in. l. j. j. ti. j. dicit ꝙ testes etiam debent deponere de tenore
scripture perdite al's non bene probarēt perditionē. iterum ibi
qui in scriptis. glos. intelligit duobus modis siue fuerit actū ꝙ
cōtractus redigatur in scriptis. ⁊ sic scriptura erat de substan-
tia obligationis: vt in. l. cōtractus. j. tit. j. siue ꝙ cōtractus redi
geretur in scripturā. ⁊ sic non erat de substantia obligationis
sed ad finē ⁊ ad probationem faciendam: vt in. l. cum res. §. ti. j.
3 ¶ †Sed quid si non erat scriptura publica: sed priuata debi-
toris ⁊ confessata: vel cum subscriptione trium testium pro ea
deponentiū ⁊ sic facit fidem contra eum etiam si fuerit negata:
vt. l. scriptura. j. qui po. in pig. ha. puto idem ꝙ hic vt non ad
mittatur debitor volens probare solutionem nisi producat si-
milē scripturam que dicitur antipocha: vel si non fuerit confe-
cta nisi ꝓbet per quinqꝫ testes vt hic: q: text. generaliter loquit
4 de debito in scriptis contracto. i. cum scriptura. ¶ †In tex. ibi
vel interualla ⁊c. sed quid si producat duos nobiles testes ad
probandum solutionem: an sufficiant videtur ꝙ sic arg. huius
tex. a contrario sensu contrarium dic per tex. qui sequitur maxi
me in ver. vt scientes omnes ⁊c. nam istud quod hic dicitur de
vilibus fuit causa impulsiua nō finalis huius legis cū deinde
ideo licet deficiant ⁊ tamen non deficit dispositio legis sicut di-
cimus in calfurnia que dedit causam edicto: vt. l. j. §. sexum. cuꝫ
5 ibi no. de postu. ⁊. l. ij. in fi. ff. de do. per Bar. ¶ †In tex. ibi: cū
sacramentū religione dicit Cyn. ſm Pe. tactis euangeliis vel
christi imagine vel iurando per deū vel sanctos vel ꝑ principē.
a Tu dic more solito tangendo quālibet scripturā[a] representat
scripturam euāgeliorum nec sufficeret ꝙ iuraret per sanctum
Iacobū. quicquid dicit Cy. ⁊ Pe. vt no. in aut. iusiur. qđ ꝑstat
ab his in glo. ¶ In tex. ibi: sub presentia sua iste tex. semꝑ alle
gatur ad hoc ꝙ testis debeat reddere rationem sui dicti per sen a
sum corporeum: puta visum vel auditū: q: visu ⁊ auditu perci
piuntur. nam non censetur fuisse presens nisi audiuisset vel vi
disset. l. diē proferre. §. corā. §. de arbi. sed si testificatur de aliis
que nō percipiuntur visu vel auditu sed gustu vel odoratu: aut
tactu debent deponere per sensum illi appropriatum: al's non
esset sufficiēs ꝓbatio: vt not. per Bar. in. l. j. j. de ver. ob. Adde
tamen ꝙ sensus visus est generalis ⁊ adaptatur ad omnē aliū
sensum. vnde in his que percipiuntur visu. ⁊ si testis dicat vidi
sustinetur dictū eius ſm Cy. ar. ff. de lega. ij. si titio. ⁊. j. ibi dum
dicit vt scientes. ⁊ de iniur. l. item apud. §. pretor ait. de rei vxo.
ac. §. videamus. ⁊ no. ij. q. ix. c. nouit. in glo. Adde. d. Io. and. in
addi. Spe. ti. de instru. edi. §. restat. ꝙ licet testis habeat redde-
re rationem per omnes sensus corporeos ſm materiam rei suꝑ
qua deponit notarius: tamen non potest conficere instrumētū
nisi de his que percipit visu vel auditu: qđ tene mēti. Nō ergo
potest conficere instrumentū qđ vinū sit dulce ⁊ amarum: quia
licet hoc percipiat per gustū sunt testes tamē qui sunt necessa-
rii in instrumento possunt habere aliū gustum difformeꝫ: non
sic in his que percipiuntur per visum vel auditum. tene menti.
¶ In tex. ibi debitum esse. solu. sed qd si vult probare pactum
de nō petendo an habeat locū ista. l. videtur ꝙ nō cum de solu-
tione loquat. Contrariū sentit hic Bar. in suo summario dum
dicit ꝙ non potest probari liberatio de debito nisi prout hic. ⁊
pro hoc tex. j. eo. aut. rogati. q̄ hic sequit vbi in cōfessione credi
toris de recepto requirunt quinqꝫ testes prout hic in solutiōe
6 ⁊ de hoc addebat per illā aut. ¶ †Itē additur aliud. s. ꝙ tales
b testes debent esse rogati tam illi quinqꝫ: qñ non fuit confecta
scriptura ꝙ̄ duo qñ fuit confecta et perdita vtroqꝫ casu loquit
illa aut. que venit ad interpretationē istius legis. ⁊ sic debet in
telligi in oībus casibus in quib⁹ loquitur in ista. l. vt in aut. de
filiis ante dotalia instrumenta natis. ⁊ in. l. nihil. de coniungē.
cū emā. li. ff. ¶ In tex. ibi: vel securitatem in scriptis capiāt sic
⁊ contra confessionē debitoris redactā in scriptis cum causa le-
gitima nō admittitur ꝓbatio in contrarium nisi per aliam scri b
pturā: vt in. l. generaliter. j. de non nu. pecu. videt tamē intelli-
genda ⁊ limitāda ſm illā legē vt etiā per quinqꝫ testes sine scri
ptura possit ꝓbare cōtrarium: vel etiā per duos si fuit cōfecta
scriptura ⁊ perdita per hāc notabileꝫ. l. Adde ꝙ licet contra te
norē scripture non admittatur ꝓbatio nisi prout hic. cōtra ta-
men presumptionē q̄ resultat ex scriptura bene admittitur pro
batio in cōtrariū ꝑ duos testes vt. j. de apocis publi. l. cuiusqꝫ.
lib. x. ⁊ ibi per Bar. pone exemplū in. l. iurisgentiū. §. qđ fere. ff.
7 de pac. †Et hoc etiā dico si quis vellet probare instrumentum
fuisse simulatū ⁊ nō verū: possit hoc probare per duos testes ⁊
per alias duas coniecturas que sufficiunt ad probandū simu-
lationē iuxta not. in. l. emptiōe. j. plus valere qđ agitur. ꝑ Bal.
sicut ad probandum dolum: vt. §. de dolo. l. dolū. q: ista. l. pre-
supponit instrumentum verū ⁊ cōtinere verū debitū: sed instru
mentū simulationis nō est verū: nec cōtinet verum debitū: vt. l.
imaginaria. de regu. iur. ⁊. l. nuda. de contrahē. emp. ⁊ de aqua
plu. ar. l. emptor. nec meret dici instrumentū cuꝫ deficiat substā
tia debita: vt no. Bal. in. l. cū precib⁹. §. ti. j. et sic oportet ꝑ pri⁹
cōstare ꝙ instrumentū sit verū vt habeat locū dispositio huius
legis: iuxta ea que not. in. l. diuus. ff. de testa. mili. per Barto. et
per eundē in. l. j. in prin. ff. qđ vi aut clā. et ita his dieb⁹ cōsului
8 bono. †vbi est statutū ꝙ cōtra instrumētū continens quātitatē
vltra. xxv. libras non admittat probatio nisi per aliud instru-
mentū nō per testes. nā dixi ad probandū ipsum esse simulatuꝫ
vel fictū bene admittet probatio per testes duos: q: loquit sta
tutū de instrumēto continente verū debitū: ⁊ de hoc opꝫ prius
cōstare: vel saltē ꝙ nō appareat ꝯtrium: q: presumit semꝑ verū.
vt i. d. l. cū precibus. ⁊ si pars vult ꝓbare ꝯtriuꝫ ꝙ erat simulatū
deficit ītētio statuti: tene mēti. Hoc tñ in ꝓpria simulatiōe que
est qñ partes simulant aliqd agere: ⁊ tñ agunt ꝙ nihil agat. ita
loquunt. ll. allega. Sꝫ si reuera agūt vnū ⁊ simulāt agere aliud
illa nō est ꝓpria simulatio q̄ reddat instrm nulluꝫ: q: nō deficit
substātia debiti. ⁊ sic pꝫ vt actū fuit nō ꝓut simulate fuit conce-
ptū: vt. j. plus valere qđ agit. vñ de tali simulatione non posset
9 opponi ad irritandū instrm. ¶ †In tex. ibi: si xpo facta. No. ꝑ
istū tex. videt ꝙ lꝫ aliqua sint ꝓbāda per scripturā nō ꝑ testes:
puta mādatū principis: vt. §. de mā. prin. l. j. ⁊ i. c. cū in iure. de
offic. deleg. Item acta cause corā iudice: vt in. c. qm̄ cōtra. ex de
ꝓba. si interuenerit scriptura et fuit perdita potest fieri ꝓbatio
ꝑ testes. facit qđ no. in. l. quoties. §. fi. ff. de proba. in gl. ⁊ sufficit
ꝙ deponant de tenore: lꝫ nō fuerint presentes in actu gesto qđ
dic vt in. l. sicut. j. titu. j. ⁊ adde qđ no. in. d. c. quoniam contra. in
fi. ⁊ per Cy. in. l. j. j. tit. j. Et adde ad id qđ dicit hic testē debere
deponere fuisse presentē. ⁊ sic vidētē vel audiētē qđ no. in Spe.

a ¶ Scripturā. Ad
de gl. i. v. sacrosan.
scripturꝫ i. l. gñalr.
in. §. pe. C. d re. cre.
⁊ ibi bal. i. c. j. i. §. sa
cramēta. i. ij. co. de
pa. tenē. in vsi. feu.
Bal. i. c. j. de noua
forma fidelitatis. i
vsibus feu. ⁊ an sit
necesse tangere di-
ctā scripturā: vide
gloss. in ver. tacta.
in cle. j. de here. et
gl. in ver. tactis. in
cle. vnica. d iureiu.
Bal. in aut. sacra.
C. si aduer. vē. Et
an valeat iuramen
tum si iurant su-
per reliquias ⁊ cru
cē. vide tex. i. c. q̄ de
cā. ibi ante corpus
scti apollinaris. ij.
q. v. ⁊ ꝑ Inn. i. c. et
si christ⁹. d iureiur.
Spe. in ti. de iure-
iurā. i. §. j. v. i sum
ma. c. constitutus.
iūcta gl. ij. de app.
doc. in. c. fraterni-
tatis. de frigi. Io.
d san. i. c. i synodo,
xxv. q. vj.
b ¶ Esse rogati.
Adde glo. in aut.
de tabel. in. §. nos
autem. Cy. i. l. hac
cōsultissima. C. de
testi. Bar. in. l. sciē
dū. ff. d v. sig. Sp.
ti. de teste. in. §. j. v.
sꝫ qd i ꝑdictꝫ. Car.
zab. in. c. si dñs. in
j. no. de simo. ⁊ qd
in testamentis. vid
i. l. heres palā. i. §.
in testamentis. ff. d
testi. Anto. de but.
in. c. idicāte. de test.
Do. in. c. cū oēs. e.
tit. Io. fab. insti. de
test. Alexā. d imol.
cō. xxxiij. ici. pōde
ratis verbis vlti-
mi testi. in. vj. colū.
in. iij. vol. idē Alc.
ꝯs. xlvij. ici. abūde.
i. ij. co. i. ij. vo. bar.
ꝯsi. xlij. ici. clemētis
simū deū. i. ij. colū.
v. preterea i testō,
in. iij. vol. Et qd i
cā mrimoniali. vi-
de ꝑ Car. Alex. in
c. ex parte. i. ij. col.
v. anteꝙ̄ ad gl. ve
niā. de spō. Barb.
ꝯsi. xlj. inci. a ioue
principiū. in. iij. co.
in. iij. vol.

a ¶ Credulitate. Adde q quotiescũqz testis oponit: puta q titius occidit caiũ ad sui defensionẽ et depõit q ita credit dictũ eius vz. ita Bar. in cõs. suo inci. raynutius. ⁊ late refert ⁊ sequitur Alex. ĩ imo. ĩ cõs. xxvj. co. fi. i. fi. i. vo. Et ad dicta hic p Pau. vide eũdem Alex. in cõs. c. co. iiij. vñ. ⁊ q̃uis. ⁊ i cõs. cxxxiij. co. iiij. i prin. co. vo. Et ĩ teste q dicit scio et sic credo q nõ pbet. adde An. ĩ bu. ⁊ ibi doc. in c. quoties. ĩ testi. ⁊ per Frã. de are. in cõs. lxiiij. co. iij. i fi. ⁊ pñ. seq. ⁊ in pposito vide eũdẽ Are. in cons. xliiij. colum. iiij. vñ. sextus autem. ⁊ q testis q dicit q credit ⁊ ita firmiter tz non pbat. adde d. meum Sozi. in cõs. cxxiiij. co. v. vñ. ex qbus cõcludit. ⁊ adde q in his que sunt difficilis pbatiõis testes de credulitate admittunt. ⁊ probãt ita ipse Sozi. in cõ si. cxlvj. colum. iiij. ver. nec obst. alleg. Cy. Bal. i. l. vnica. C. de sent. que p eo qd interest. Stra.

b ¶ Testes absentes. Adde Abba. antiquũ ⁊ doc. i. c. cũ olĩ. de tes. doct. i. c. statutũ. de resc. lib. vj.

c ¶ Ut testes iurẽt. Adde Bal. i. c. de test. ĩ test. i. ij. co. vñ. itẽ no. Ab. i. c. tuis qõnibus. co. ti. Azo in sum. tit. de testi. in. §. iurabit. et an qs possit iurare p pcuratorem. vide Jo. and. in c. fi. de iur. cal. li. vj. Abb. ⁊ doc. i. c. lz ex qdã. de test. Lud. ro. singula. viij. ⁊ an possit iurare p nũtiũ. vide per Bar. i. l. q bona. i. §. aliena. ff. de dã. infec. ⁊ per Bal. in rubr. ff. de iureiu. Et in qbus casibus creditur testibus non iuratis dic qnqz casibus. Primo vbi agit de informatione super famavel super notorio sm Ang.

10 eo. titu. §. j. ver. itẽ q nõ phibet. vbi allegat istũ tex. † Et sic iuramentũ testis est de veritate non credulitate: vt not. ff. de iureiurã. super rubrica. ideo non valeret eius dictũ si deponeret de sua credulitate[a] nisi esset adiuncta sensui corporali: quia diceret credo q sic vidi. pone exemplũ in pbatione adulterij q̃ nõ pot fieri per visum: licet exteriora possint per visum probari si dicit credo tales se inter se miscuisse: q2 vidi eos in tali actu ⁊ tali ppinquo: vt in. c. preterea. extra de testi. de hoc tangit hic Cyn. et Spe. eo. ti. §. j. ver. itẽ q deponit de credulitate. Dicit tñ Bal. in. l. solã. §. eo. q postq̃ testis deposuit de veritate: licet addat q ita credat: ⁊ sic videtur dubitatiue loqui non vitiatur eius depositio quod not. Jtẽ in. l. siue possidetis. §. ti. j. in penul. col. dicit q si testis dicat pcerto sic credo. nõ valet nisi addat causaz quare sic credat que causa per sensum corporeũ cõprehẽdatur. ¶ Quid aũt si dicat videtur mihi q ita fuerit. vide Bar. i. l. j. ff. de ventre inspi. ¶ †

11 In glo. super verbo facile oppo. q sufficiant tres testes: vt. §. si cer. pe. l. fin. dic vt ibi loquitur quando pducitur instrumentũ vel a creditore cõtra debitorẽ vel ecõuerso. ⁊ queritur quot testes debeat cõtinere ⁊ regulariter sufficiãt duo. fallit qñ instrumentũ continet quantitatẽ supra quinquaginta libras auri: quo casu requiruntur tres cum subscriptionibus: que tamen subscriptiones testiũ al's non requiruntur: sed sufficit q veritas testificetur eos fuisse pñtes hic loquimur qñ ex parte creditoris fuit productũ instrumentũ ⁊ ex parte debitoris ad probandũ liberationẽ pducunt testes quo casu seruãda est dispositio huius legis. ¶ Jn gl. magna. queritur primo qualiter testis debeat reddere rationẽ dicti sui. Respõdeo per visum qñ deponit sup eo qd visu percipitur puta qd titius vulnerauerit seiũ si vero percipit auditu: tunc per auditum pprium: puta q titius cõtraxit cũ seio: ⁊ sic de alijs que alijs sensibus pcipiunt vt debeat reddi ratio p sensum appropriatum illi rei. dz ergo dicere interrogatus qualiter scit. scio quia vidi vel audiui: q2 presens fui. et si diceret hoc solũ qd presens fui sufficeret qd subintelligit. ergo audiui vel vidi per. l. diem pferre. §. corã. ff. de arbi. si vera dixerat primo esse contenta in. c. ⁊ hec de auditu

12 proprio sed de alieno non nisi in casu: vt in glo. ¶ † Secundo queritur testis debet interrogari de cõtestibus. ⁊ ita glo. presupponit quid ergo si interrogatus respondeat q talis ⁊ talis fuerunt presentes: an debeat dicere qd ipsi audiuerũt vel viderũt glo. qd non. q2 hoc nõ potest scire: sed sufficit qd dicat qd tales fuerũt presentes qñ actus fuit celebratus. Si tamen diceret se non recordari vel non recognouisse qui fuerũt presentes nõ vitiatur dictũ eius. Et sic si plures examinati cõcordant in idem licet aliter nõ deponãt de presentia alterius rõne predicta non vitiatur dictũ eorum. ⁊ hoc videt tenere Spe. in ti. de libellorum con

13 ceptiõe seu in ti. de inquisitiõe. ¶ † Jtẽ quero an debeat interrogari de loco ⁊ tpe. gl. q sic vt in Daniele et Susanna. sed si diceret non recordari non vitiaret dictum eius nisi tẽpus esset de substantia pbationis: vt in. l. matrẽ tuã. §. ti. j. ⁊ not. per glo. in l. ob carmen. §. fi. ff. eo. ti. sed in loco nõ sic cadit iusta ignorantia: q2 facilius potest de loco recordari q̃ de tempore. tamẽ dic vt. §. nisi locus esset de substãtia probationis: vt si maior pena imponeret de delicto cõmisso in platea. et ipse induceretur ad probandũ q in platea qd dic vt per Bar. in. l. non solũ. §. s vt probari. de ope. no. nun. ⁊ vide in. c. cũ ioannes. de fide instru. ⁊ in. c. ex tenore. super verbo tempus ⁊ locũ in nouel. Si tamẽ discordarent testes q2 vnus diceret tali tpe. alter alio tempore vel loco redderent suspecti ⁊ nõ staret eis q2 essent singulares: vt. l.

14 qui falso vel varie. ff. eo. ti. ¶ † Ultimo opp. in gl. pe. cõtra si. l. que videt dicere q debeat probari perditio instrumenti: ⁊ vltra hoc veritas rei: ⁊ ego dixi. §. q tenor instrumenti absq3 eo quod probetur veritas rei: vt not. Cy. in. l. j. titu. j. contra q sufficiat pbari solã perditionẽ instrumenti: vt. l. si de possessione. §. tit. j. sol. ibi: qñ aduersarius subtraxit. si vero alio modo perditum est: tunc aut quis vult pbare hoc instrumentũ. et requiritur q probet tria vt hic. aut nõ vult pbare cõtra instrumentũ ⁊ sufficit probare duo. s. perditionem instrumenti ⁊ tenorem eius per testes tñ perditos: vt in. c. cũ olim. extra de priuile. al's nõ sufficeret nisi ad semiplenã pbationẽ: vt in. l. sicut. ⁊ ibi not. j. ti. j. non autẽ habet necesse probare veritatẽ rei in auth. de testi. §. ⁊ licet. col. vj. super. l. testium facilitatem.

2 ☞ Confessio creditoris facta extra iudicium ad liberandum q valeat.

3 Si probatur confessio per quinq3 testes an poterit obijci exceptio non nume. pecu.

1 Rogati vt. † Jsta auth. addit duo ad. l. C. sm verũ intellectũ. Primo q testes de quibus illa. l. loquitur debent esse rogati ⁊ non fortuiti sicut in testamentis. regulariter secus vt. ff. eo. l. ad fidem. Secundum est vt qd ibi dicitur quando quis vult probare solutionem debiti de quo apparet per instrumentum locum habet in eo qui vult probare confessionem creditoris de recepto. licet quidam aliter intelligant vt in glos. naz si ad probandum solutionẽ requirunt quinq3 potius ad pbandum cõfessionem: q2 fortius ⁊ potentius est testimonium de ve

2 ritate q̃ de confessione. † glos. colligit qd valet confessio debitoris facta extra iudiciũ: sed cõtra quod nõ valeat sine expressione cause: vt in. l. cum deinde. in fi. de proba. So. verũ est quãdo sit ad obligandum. ⁊ sic in confessione debitoris: secus quando

3 ad liberandum: et sic in cõfessione creditoris. ¶ † Jtẽ queritur si pbatur cõfessio per quinq3 testes: an poterit obijci exceptio non nu. pecu. infra. xxx. dies sicut quãdo probatur per duos vt j. de non nu. pecu. l. in cõtractibus. §. j. quidã q sic glo. tenet cõtrarium propter tantam solennitatem quam tenementi ad limitationem illius legis.

2 ☞ Testes si nõ sunt subditi ⁊ existãt in alieno territorio scribitur iudici illius territorij q eos examinet.

3 Testis videtur deponere qñ iurat: ⁊ ad illud tempus refertur testimonium.

Testis qñ adhibetur ad solennitatem videt tũc deposuisse qñ adhibitus fuit.

4 Juramentũ debet deferri testibus iudice sedente pro tribunali ⁊ non tempore feriato: sed postea poterunt examinari etiaz die feriata.

Si testes iurauerint infra terminũ datũ ad probandũ possunt etiam deponere per terminũ: nisi dilatio fuerit data ad probandum ⁊ probatum habendum.

1 Si quando. † Testes absẽtes possunt cogi venire ad testificãdũ: ⁊ in causa pecuniaria. ⁊ postq̃ venerint possunt detineri per. xv. dies cum satisdatione de non recedendo si voluerint eam prestare vel si voluerint saltem cũ iuramento alia violentia nõ debet eis fieri. ⁊ infra dictos. xv. dies debẽt iurare parte aduersa pñte: vel citata ⁊ deponere dicta eius: et iudex in hoc debet esse solicitus q si factum non fuerit possunt propria autoritate recedere ⁊ sine licẽtia iudicis ⁊ iudex qui fuerit negligens debet puniri. h. d. ista. l. singu. ⁊ solennis q̃ quoti

b die venit in practica. Primo psupponit testes absentes [b] posse cõpelli venire ad perhibendum testimoniũ veritatis vsq3 ibi: si quid et hoc est verum qñ sunt subditi iudici cause: et sunt in

2 eius territorio. † si autem in alieno territorio ⁊ non sunt subditi non compelluntur venire sed scribitur iudici illius territorij q eos examinet sup talibus articulis per. l. si quis ex signatoribus. ff. queadmo. testa. aper. sm vnũ intellectũ quem glo. hic tangit ⁊ ita quotidie fieri videmus. si non esset in alieno territorio tamen esset subditus posset iudex si necessaria esset presentia aliqua de causa scribere iudici illius loci vt ei scriberet ex parte iudicis ipsius cause vt deberet comparere sub certa pena sicut et reus alibi existens citatur iuxta no. in. l. j. ff. de requi. re. Posset etiam directa via dirigere nuntium ad ipsum: vt. l. omnes. §. si vero apparet. §. de episco. et cler. ⁊ hoc quando requiritur vt veniat ad deponendum: sed quando vt ad recognoscendum veniat subscriptionem suam videtur q non debet cõpelli venire per illam eandem legẽ sm aliũ intellectum glos. Deinde in vñ. si quidem presupponit q possunt inuiti detineri per. xv. dies: si forte iudex alijs occupationibus detentus non potest eos celeriter examinare. ⁊ ibi ponit text. practicam vel debeant dare fideiussores de non recedendo vel iurare. et hoc sufficit si pars producens confidit de iuramẽto ipsorum super tota causa fortius debet confidere super isto articulo de non recedendo vsq3 ibi: intra quos. Tertio instituit iudicem quid habeat facere infra predictos. xv. dies. ⁊ dicit q debet facere citari partem aduersam vt veniat ad audiendum testes glo. intelligunt ⁊ ita dicunt quod practicatur q ista citatio fiat ad videndum iurare testes quod iuramentum debet prestari vel parte presente vel citata. al's non valeret eius depositio. postq̃ vero iurauerint in examine partes non debent esse presentes sed debet fieri secreto: vt in. l. nullum. §. codem. ¶ Et aduerte quia solicitudo vt

c testes iurent pertinet ad partem producentem: ⁊ si pars negligeret esset culpa sua ⁊ nõ iudicis. ⁊ sic nõ punitur. sed postq̃ iurauerit solicitudo pertinet ad iudicem qui ex officio etiam parte non instante potest eos examinare ⁊ compellere ad deponendum ⁊ si non faceret puniretur. ita intelligit Bald. istum

3 textum in. l. secunda. §. de edendo. vbi omnino vide. † Uidetur autem testis deponere quando iurat et ad illud tempus testimonium refertur vt colligitur hic dum dicit testimonia eorũ capere exponendo testimonia: id est iuramenta sicut quando testis adhibetur ad solennitatẽ videtur tunc deposuisse quãdo adhibitus fuit: vt colligitur ex. l. si non speciali. j. de testibus.

4 † Ex qua sequitur quod iuramentum debet deferri testibus iudice sedente

a dice sedente pro tribunali ⁊ non tẽpore feriato:[a] sed postea po-
terunt examinari etiã die feriata.⁊ ita in cle.j.de offi.deleg. Itẽ
ꝙ si iurauerint infra terminũ datũ ad probãdum possunt etiã
deponere post terminũ qꝛ depositio refertur ad primuʒ tẽpus
quod dic vt not.per Bar.in.l.dãni.§.sabini.ff.de dã.infe.Sed
si delatio esset data ad probãdũ ⁊ probatum habendum con-
suetudo ⁊ stylus curiarum est ꝙ infra terminũ iurent ⁊ depo-
nent vt aliquid illa verba operentur in aut. de testi.§. hec oĩa.
col.vj.super.l.si quando.

2 ☞ Reus ante litẽ inchoatam potest petere testes examinari
ad eternam rei memoriã:etiam si non timeatur de eorum mor-
te vel absentia ⁊ quid in actore: ⁊ an possint tunc publicari et
qualiter.⁊ nume.1.

3 Publicatio instrumenti vel testium nõ facit fidẽ in preiudiciũ
non citati:⁊ qualis debeat esse citatio.
Quid si quis velit habere copiam instrumenti.

1 SI quis. †Ista aut.addit ad.l.C.qꝛ illa lo
quitur quãdo testes ꝓducũt post
litem inchoatã.⁊ vult ꝙ pars aduersa citetur vt ve
niat ad videndum iurare testes:quid si lis non erat
inchoata ⁊ vult qs testes examinari ad perpetuã rei memoriã:
an possit hoc fieri.⁊ respondet ꝙ sic eodẽ modo tamen.s.parte
citata ⁊ cõparente vel ꝑ contumaciã negligente.⁊ potest intelli
gi tam in actore q̃ in reo:qꝛ text.est pregnãs ⁊ si intelligatur in
actore cũ in arbitrio suo sit litẽ inchoare si forte aliqua occupa
tione detentus nõ vult adhuc inchoare sed facere testes exami-
nari:tunc auditur: ita demum si testes sunt absfuturi diuturna
absentia:vel est periculũ de morte ipsoꝝ:vt.l.in lege aquilia si
deletum.ff.ad le.aquil.⁊ tunc examinent ⁊ eoꝝ dicta publicent
nõ publicatione iudicis:qꝛ tunc non possent: postea alij testes
produci:sed publicatione notarij cũ prepositione signi sui ad
2 hoc vt faciãt fidẽ corã quocũq; iudice lis moueatur.† Si vero
intelligitur in reo:qꝛ tunc in eius arbitrio nõ est qñ lis debeat
inchoari potest petere testes examinari etiã si non timeatur de
ipsoꝝ morte vel absentia diuturna.⁊ ista declarant plenissime
in.c.qm̃ frequenter.§.sunt ⁊ alij.vt lit.nõ cõtest. vbi plenius et
melius habet q̃ nos habeamus:lʒ canoniste assumpserint ex
istis legibus:qꝺ dic vt ibi plene no.⁊ etiã Bar.ponit hic bonã
distinctionẽ quam vide.¶ In tex.ibi:publicare si hoc verbuʒ
referatur ad reũ qui potest ad defensionẽ suã ꝓpter metum fu
ture litis facere examinari oẽs testes quos vult etiaʒ non senes
vel valitudinarios intellige de publicatione fienda ꝑ iudicem
qui potest pronuntiare dictis attestationibꝰ perpetuam fidem
adhibẽdã:⁊ hec est sententia interlocutoria nec poterit postea
alios testes ꝓducere maxime si didicit testificata: vt in aut.qui
semel.s̃.ti.j.Ideo si habet alios testes quos vult producere de
bet protestari iudici ꝙ talem publicationẽ nõ faciat sed teneat
attestationes secretas publicatas autoritate notarij cum suo
signo ⁊ subscriptiõe.⁊ ita vidi fieri ⁊ practicari. Sʒ si referatur
ad actorem qui non potest ante lit.cõtesta.facere examinari ad
offensam nisi testes senes:aut valitudinarios ⁊ de quoꝝ morte
dubitatur suꝑ quo adhibenda est cause cognitio ⁊ relinquitur
arbitrio iudicis:tunc talis pronuntiatio non debet fieri per iu-
dicem:quia datur sibi terminus anni infra quam debeat liteʒ
mouere quod si non facit nil valent attestationes:vt in.d.c.qm̃
frequenter.circa prin.sed post lit.contest.fiet publicatio de istis
vna cum alijs qui postea examinabuntur non cũ dicta interlo-
cutoria:sed simpliciter ꝙ testes habeantur pro publicatis.⁊ sic
datur licentia notario ꝙ ostendat partibus ⁊ recipiant copiam
cum termino ad opponendũ contra personas et dicta:de quo
loquitur.c.de testi.extra eo.⁊ hoc voluerunt glos.in.d.c.quoniã
frequenter.§.sunt ⁊ alij.⁊ etiam in princi. ꝙ primo casu statim
possit fieri publicatio.secũdo non qꝺ intellige modo predicto.
et de ista publicatione vide Inno.in.c.albericus.extra eo. et in
Spe.de instru.edi.§.ostenso.ver.sed qualiter. Et adde qꝺ dicit
hic Bal.ꝙ quãdo reus petit examinari ad eternã rei memoriã
ante lit.cõtest.ꝙ etiã actor petit examinari facere quoscunq; te-
stes per.l.petende.de tem.in integ.resti.hoc mihi nõ placet cuʒ
est in sua potestate agere:sʒ si nõ posset agere qꝛ penderet dies:
3 vel ꝯditio posset hoc tolerari.¶ †In tex.ibi: aduersarius mo
b neatur:sʒ qualis debet esse ista monitio:[b] an personalis:an ꝓ
sufficiat ad domũ citari.Dyñ.tenuit primã partem in.l.iiij.§.
pretor ait.ff.de dam.infec. Alij dicũt contrarium ꝙ sufficit ad
domũ.ista fuit questio disputata quã ponit Jo. and.in regula
presumitur de reg.iur.in mercu.Bar.post Dy.eam examinat
in.d.§.pretor ait.dic vt ibi.Et sic not.ar.ꝙ publicatio instrumẽ
ti vel testiũ non facit fidẽ in preiudiciũ non citati.⁊ hoc probat
in.d.c.significauit.⁊.c.albericus.extra eo.ti.⁊ ita debet limitari
l.publicati.j.de testa.⁊ per Bart.in aut.si quis in aliquo.s̃.de
eden.Et sic not.ꝑ illis qui faciũt corã iudice aliquod instrumẽ
tum publicari cum velint se absentare ⁊ portare copiam vt fa-
ciant partes requiri:al's etiã si autoritate iudicis fuisset copia-
tum:⁊ etiam si essent decẽ notarij subscripti nõ faceret fidẽ illa
copia contra non citatum.

2 ☞ Arbiter debet ꝓcedere ⁊ etiã pronuntiare de iure tantũ:⁊
quid de arbitratore.
Testibꝰ receptis corã bonis viris:an detur fides coraʒ iudice.

3 Attestationes etiã inualide vt sine iuramento vel propter aliũ
defectũ possunt validari de cõsensu partium.
Quid in alijs actibus iudiciarijs.
An sine attestatione possit valere iudicium ⁊ sñia.

6 Casus in quibus per liberam personam potest nobis acquiri
actio vtilis.licet verba contractus vel stipulationis concipian
tur in suam personam.
7 Quod etiā omne illud qđ per quasi traditionē acquiritur pos-
sit per liberam personam nobis acquiri.
8 Ex pacto legis cōmissorie apposito per procuratorē an trāsfe-
ratur dominium in dñm.& acquirat etiam actionem personalē
ad traditionem rei que est accessoria ad illud.& nu.9.&.10.
9 Quid in pacto de retrouendendo.
10 Hypothecaria actio an acquiratur alteri per liberā personaz.

1 EXcepta. ¶ † Per ꝓcuratorē acquiri
possunt duo tam possessio ꝙ
etiam dominium sed actio personalis vel obli
gatio non potest acquiri sine cessione.h.d. ꝭm
lectu.glo.nā acquiriṫ actio & obligatio ipsi pro
curatori quaz postea tenetur cedere dño quan-
do cōtrahit procuratorio nomine.non aūt acquiriṫ immedia-
te ipsi dño.vt in.l.possessio quoqꝫ.§.& si possessio.ff.de acq.pos.
in subdium tñ etiam cessione non facta daṫ vtilis dño.in.l.j.in
fi.ff.de insti.&.j.de act.& obli.l.j.Quinimo non solū personalis
actio & obligatio per procuratorem non acquiritur dño imme
diate.sed nec etiā realis abstracta a dño vt hypothecaria vt in
l.solutio.§.per liberā.ff.de pign.actio.nisi in cōsequentiā perso
nalis obligationis qñ esset casus specialis in quo talis perso-
nalis & principalis acquireretur dño per procuratorem. puta
ex mutuo.vt in.l.prima vbi casus.obligatio vero & possessio re
cta via ꝑ procuratorē & ex traditiōe eidē facta acquiriṫ dño nec
momento residet penes procuratorē.ita debet intelligi . l.pro-
curatorē.j.de acqui.pos.Pe.autez cuius opi.fuit secutus Cy.
in antiqua lect.& etiā Bar.hoc sequitur.dicit hoc veruz in dño
2 qñ acquiriṫ ꝑ actū naturalē.vt per verā traditionē † si aūt per
actum ciulem.puta per fictam traditionē vel interdū solum pa
cto.puta.l.commissorie vel adiectionis in diem ex quibus retro
acquiritur dominiū sine alia traditione potius ex dispositione
iuris ciuilis ꝙ iurisgentiū vel naturalis.tunc nec dñium acqui
ritur dño per procuratorē.& hunc dicit esse intellectū huius.l.
in ver.si igitur.qr ibi procurator vendēdo rē dñi & tradendo.et
sic trāsferendo dominiū habita fide de pretio ex ptāte sibi data
a dño apposuit pactū.l.commissorie qđ nisi soluatur pretiuz in
tantū tp̄s res esset inempta.ex quo paeto si fuisset appositum
per ipsum dñm transferreṫ dominiū ipso iure in dominū sine
alia traditione.vt in.l.cōmissorie.j.de pac.inter emp.& ven. sed
qr fuit appositum per procuratorē vult iste tex.scđm intellectū
Pe.qđ ex tali pacto non transferaṫ dñium.q̄ opinio fundatur
in.l. ea que ciuiliter.ff.de acqui.re . do.vbi habetur qđ per actū
naturalē vt est vera traditio facilius ꝑ aliū alteri acquiriṫ ꝙ ꝑ
actū ciuilē.Sed dñs Cy.i addi.post Guil.de cu.istā opi.repro
bat & tenet opi.glo.ꝙ etiā ꝑ istum actuz ciuilē transferatur do-
minium lꝫ non acquiraṫ actio personalis vel obligatio. et hoc
vult iste tex.nulla dño obligatio acquisita est.& sic dicunt Pet. a

¶ An sit actio ꝑ-
sonalis vel realis.
adde Bar.in.l.fra
ter a fratre.ff.de cō
di.indedi. Barto.
in.l.in summa cuz
rōne.i.§.fi.ff.de pe
cu.

loqui contra tex.qui nō loquiṫ de dñio sed de obligatione.idez
tenet Bal.post Nico.de mat.pro qbus facit.l.si cū vēderet.ff.
de pig.actio.vbi diciṫ casus pro eis qđ ex pacto facto per credi
torem vendentē iure creditoris rē vt restituaṫ dño pro eodē pre
tio acquiritur dño dominiū qr creditor in hoc censeṫ procura-
tor dñi seu debitoris.circa que vide Bar.in.l.cui donatum .in
3 fi.ff.de dona.¶ † Sed quid si ꝓcurator emit & venditor consti
tuit se noīe procuratoris possidere.vtrū ex ista ficta traditione
sit dño quesita possessio.Guil.in.l.ab emp.ff.de pact.videṫ di-
cere qđ non.Bar.cōtrariū in.l.is qui pro emp.ff.de vsucap.in
vij.q.principali.vbi omnino vide.idē consuluit Dy.in cōsi.qđ
incipit quidā confessus.de quibus vide in addi.Spe.ti.de con
fessis.§.nūc restat.ante fi.in addi.que incipit dubitatur.Et pri
mo premittit vnū ad euidentiā.vsqꝫ ibi:si igitur.Scđo determi
nat casum de quo queritur vsqꝫ ibi seruis.Tertio ponit casum
nouum in quo principio fuerit locutus de procuratore libero.
4 postea loquitur de seruis.¶ † In text.ibi excepta cā possessio-
nis.q.d.possessio & eius causa bene possunt nobis acquiri per
liberā personā nostro iuri non subiectam.nec & nil aliud obli-
gatio vel actio.est aūt causa duplex.s.causa causans & causa cau
sata.possessio autē est causa causans dominiū.qđ glo. duplici-
ter ostendit primo in rebus que in nullius bonis sunt. nā ꝑ oc-
cupationē eorū.& sic ꝑ acquisitionē possessionis acquirimꝰ do-
miniū.l.j.i prin.ff.de acq.pos.vbi diciṫ qđ dominiū a possessio
ne cepit.iuxta illud quicquid calcauerit pes tuus tuū erit . Se-
cundo ostēdit in rebus que sunt in alienis bonis . nā estimatio
& possessionis cōtinuatio ꝑ tēpus cōgruum acquirit dominiuz
& sic dominium est cā causata.Itē econtra pōt esse qđ dominiū
est cā causans possessionē.nā si dñiuz rei est apud me possessio
vero est apud te .dñium causat mihi rei vendicationē per quā
possum a te aduocare possessionē.& hec est intentio glo.tā ergo
possessio ꝙ etiam dominiū possunt nobis acquiri ꝑ liberā per
sonam nostro iuri non subiectā licet quidā dixerint contrarium
de dominio & qđ sola possessio.qđ glo.reprobat & bene ꝑ.l. per
5 ꝓcuratorē.j.de acqui.pos.vbi est expressum.¶ † In tex.ibi al
terius iuri non est subdita.sed que subiectio est illa que facit vt
possit acquiri.certum est qđ dñica vel paterna sufficit. Sed an
sufficiat subiectio iurisditionalis vel reuerētialis . puta subditi
vel liberti.vide per Bar.in.l.si ita stipulatus.§.chrysogonus.
6 de verb.ob.ff.¶ † In tex.ibi nihil acquiri pos . idest nulla obli
gatio vel actio.vt ptꝫ ibi circa fi.fallit in quibusdā casibus not.
insti.de inuti.sti.§.item ei in quibus per liberā personā pōt no
bis acquiri actio vtilis.dū tamen verba contractus vel stipu-
lationis cōcipiantur in suā personā.puta promittis mihi pro-
curatorio noīe talis.vt no.in.l.huiusmodi.in prin.ff.de lega.j.
Si vero in personā dñi conciperentur verba obligatiua . puta
promittis tali.tunc stipulatio esset ipso iure nulla.et sic nec sibi
nec domino aliqua obligatio acquireretur.sed in precedenti ca
su acquiritur sibi directa.& in quibusdā casibus ibi nota. acqui
ritur vero vtilis domino extra illos nō nisi ꝑ procuratorē ceda
tur.l.possessio.§.si possessi.de acqui.pos.& hec habētur ꝑ glos.
7 in.l.j.in prin.ff.de stipu,seruorum.† Nico.de ma .hoc intelligit
qđ omne illud quod ꝑ traditionē vel quasi traditionē acquiriṫ
possit ꝑ liberā personā nobis acquiri siue sit possessio siue do-
miniū vel vtile siue quasi dominium vel quasi possessio vt sunt

iura incorporalia in quibus eſt dare quaſi poſſeſſionem . vt in
ſeruitutibus ⁊ iuriſditionibus.ſed in actionibus perſonalibus
que actiones ſunt iura incorporalia nõ eſt dare poſſeſſionẽ vel
quaſi no.gl.in.l.regulariter.ff.de pe.here.niſi cõpetant ad ali-
8 quid annuũ vel menſtruũ.vt in.c.querelã.de electio.¶ †Nunc
cõtra intellectũ ſcðe glo.mag.ſup verbo rei integrate.oppo.for
titer extra glo.⁊ doc.qꝛ ſi ponatur caſus hic in verſi.ſi igitur in
pacto.l.cõmiſſorie.appoſito per procuratorẽ prout ponit glo.
⁊ dicimus ex illo pacto trãſferri dñium in dñm tñ ſibi nõ acqui
rit actionẽ perſonalẽ.prout gl.⁊ doct.ſequentes eã lʒ Petrus
in primo cõtradicat.vr̃ qð ex quo acquirit̃ dñium qð eſt princi
pale acquirat̃ etiã actio pſonalis ad retraditionẽ rei q̃ eſt acceſ
ſoria ad illud:vt.j.l.pri.q̃ incipit cũ per liberã ⁊ in aliquibus li
bris eſt.l.ſi.vbi ecõuerſo qñ per procuratorẽ acquirit̃ pſonalis
in conſequentiã etiã per eundẽ acquiritur hypothecaria.vt qð
iuris eſt de principali ſit de acceſſorio vt ibi dicã.Breuiter dic
qð iſta eſt.l.antiqua: illa vero noua Juſtiniani.⁊ hodie p illam
l.tenẽdo qð acquirat̃ dominiũ ex ſolo pacto acquirit̃ etiam per
ſonalis obligatio ex pacto ſcʒ preſcriptis verbis vel ex ſtipula-
tione ſi interuenit ſm qð no.Bar.i.l.certi ꝯdictio.§.ſi nũmos.
9 ff.ſi cer.pet.¶ Sed adhuc op.fortius qð etiã ſm .ll. antiquas
nõ ſolũ dñiuʒ ſed etiã pſonalis actio ex pacto acquirat̃ dño ex
tali pacto p procuratorẽ nõ ſolũ ſi ſit pactũ.l.cõmiſſorie.qð eſt
qñ agitur vt res ſit inempta.⁊ ſic eſt reſolutiuũ ꝯctus.ſed etiam
ſi ſit pactũ de retrouendẽdo qꝛ nõ eſt reſolutiuũ nec trãſlatiuuʒ
dominĳ de ſui natura.vt.l.ĳ.⁊ ibi no.j.de pactis inter empt . et
ven.tex.eſt ſingularis in.l.ſi cũ venderet.ff.de pig.act. verũ illa
l.facit me dubitare ꝯ iſtã.nec video vllam reſponſionẽ niſi dica
mus qð illa loquit̃ in creditore vẽdente pignus iure creditoris
qui apponendo tale pactũ in fauorẽ debitoris vt ei reſtituatur
res qñcũq; obtulerit pretiũ acquirat̃ debitori dominiũ vtile vt
ſic poſſit vẽdicare oblato pretio.⁊ etiã actio pſonalis in factum
ideſt pſcri.verbis.hic loquit̃ in ſimplici procuratore.rõ diuerſi
tatis qꝛ creditor vẽdit ex iure qð habet in re.ideo potentior eſt
ad acquirendũ debitori q̃ꝫ procurator ſimplex qui nullũ ius hʒ
lʒ creditor dicat̃ procurator debitoris in rẽ ſuã.¶ Sed adhuc
cõtra nã ex pacto alterius facto ſup meã hñ acquirit̃ mihi etiã
iuris alterius actio vtilis.vt.ſ.ad exhi.l.pe.ſed ita erit hic.So.
verũ eſt qñ ſup re mea:q̃ durat mea.idẽ qñ ſup re ſua : q̃ durat
ſua vt in.l.pub.in prin.ff.depo.ſʒ qñ nõ durat ſua ſecus niſi in
caſu ſpeciali.l.certi cõdictio.§.qui nummos.ff.ſi cer.pe.⁊.l.quo
ties.j.de dona.q̃ ſub mõ.⁊ facit.j.de pac.dotali.l.dot.ſʒ qñ ſup
re mea q̃ nõ durat mea.ſecus niſi in caſu ſpeciali qñ creditor vẽ
dit rẽ meã iure creditoris.vt.d.l.ſi cũ vẽderet.¶ Adhuc quar
to opp.q̃ ex iſto pacto.l.cõmiſſorie.nõ acquirat̃ dño dñiuʒ.per
l.ea que ciuiliter.de acqui.re.do.So.pactũ non eſt iuris ciuilis
qꝛ fuit introductũ a iure gentiũ ſeu naturali non a iure ciuili. vt
in.l.j.in prin.ff.de pactis.tñ a iure ciuili aſſumpſit hãc virtutẽ.
vt qñ eſt pactũ.l.cõmiſſorie.ſit habile ad trãſferendũ dñiuʒ ſine
traditione pp̃ter naturam.facit qꝛ traditionibus ⁊ vſucapioni
bus rerũ dñia transferunt̃.vt.l.traditionibus.ſ.de pa . ꝯrium
loquit̃ de his modis qui ſunt a iure ciuili inuenti . vt ſtipulatio
ſit acquiſitio vt nõ poſſit alteri ſtipulari vt illi acquirat ſed hñ
põt recipere rẽ per traditionẽ vt alteri acquirat poſſeſſionem
vel dñium.¶ Ultimo opp.qð ex iſto pacto nõ acquirat̃ dñiũ
dño per.l.ſolutũ.§.p liberã.ff.de pig.act.vbi p liberã perſonã
non acquirit̃ alteri actio hypothecaria que eſt realis. ergo nec
rei vendi.cõtrarium foret ſi acquireret̃ dñium.Sol.hypotheca
ria eſt realis.tñ acceſſoria ad perſonã:vnde ſi nõ acquirit mihi
perſonalẽ qꝛ forte prius fuit mihi acquiſita p meipſum nõ põt
acquirere mihi hypothecariã ex ſola conuentione.vt in.l.ꝯria.
ſed dñium eſt qd pſonale.vnde põt ipſum mihi acquirere etiaʒ
ex ſola cõuentione qꝛ eſt actus de ſui natura talis qð ſufficit ad
tranſlationẽ dominĳ.⁊ in ꝯrium acquiris etiã actionẽ realem.
ideſt rei vendi.quidam enim intelligunt illũ.§.qñ interueniret
ſola cõuentio de pignore vel hypotheca.vt p illã non acquirat
alteri.ſi aũt traditio interueniret que eſt actus naturalis dicunt
non habere locũ illũ qꝛ acquireretur hypothecaria hoc nõ pla
cet qꝛ hypotheca nõ conſtituitur traditione ſed cõſenſu ſolo. vt
in.l.j.ff.de pig.act.vnde poſito qð interueniat traditio nõ plus
operatur q̃ꝫ ſi nõ iteruenifſet.ex his declarata eſt iſta.l . obſcura
⁊ dubia videre meo.quam tamen doc.male declarant.
2 ☞ Qualiter ante iſtã legẽ ex numeratione pecunie tue facta
meo noĩe facta cõuẽtione de pignore:obligatio ⁊ actio directa
ex numeratione acquirebat̃ mihi ⁊ pignus vel hypotheca tibi.
3 Pignora an conſtituantur traditione vel ſola conuentione.
4 Quod iuris eſt de principali debet eſſe de acceſſorio.
Si mutuaſti nomine meo ⁊ fuiſti ſtipulatus pecuniam vel vſu
ras an ſicut acquiritur mihi certi condictio ad reſtitutionẽ pe-
cunie.ita ⁊ actio perſonalis ad penam vel vſuras,

5 Quid ſi recepiſti fideiuſſores an mihi contra eos acquiratur
obligatio.
6 Si aliquis in terra ſua conſtituat procuratorẽ ad litigandũ in
longinquis partibus ⁊ corã iudice terre ſue promittat pro illo
procuratore de iudicato ſoluendo releuando ipſum a ſatiſdatio
ne an aduerſarius poterit dicere illũ inſufficiẽter releuatum.
7 Actio que eſt cedenda quando habeatur pro ceſſa.
1 Cum per. ¶ †Qñ p liberã perſonã alte-
ri acquirit̃ obligatio pſonalis.
vt in mutuo facto noĩe alterius.acquirit̃ etiã hypo-
thecaria licet ante hanc.l.hoc nõ eſſet.ſed veniebat
cedenda que ceſſio hodie non eſt fienda.⁊ eſt.l.iuſtiniani p quã
bart.in.l.certi cõdictio.dicit corrigi.§.qñ in ea.l.vbi dicit̃ qð ſi
mutuaſti pecuniaʒ poſtea fuiſti ſtipulatus nomine meo qꝛ iſta
ſtipulatio nõ valet ſed eſt inutilis.⁊tamen ſi numeraſti meo no
mine valet numeratio ⁊ ex ea mihi acquiritur actio.⁊ eſt ſpecia
le in mutuo propter eius frequentiam ⁊ propter ſingularia pre
cepta pecunie.vt in.l.ſingularia.eo.ti.qð ex numeratione pecu
nie ſue acquiritur mihi directa actio ac ſi ego numeraſſem.et tñ
ex ſtipulatione p eundẽ facta ſuper eadẽ pecunia mihi reſtituẽ-
da nulla obligatio mihi acquirit̃.dixit ipſe qð hodie valebunt
per hãc.l.qꝛ ſicut põt mihi acqrere hypothecariã que eſt acceſ-
ſoria.ita ⁊ perſonalẽ ex ſtipulatione q̃ ſimiliter eſt acceſſoria ad
illã que erit ex numeratione.ſed in contrariũ facit.l.ſi pecuniam
militis.eo.ti.per locũ a ſpeciali.qꝛ ſi eſt ſpeciale in milite in con
trariũ videt̃ ius cõe.vt.l.j.in ſi.ff.ad munici.ſed dic qð loquitur
de iure veteri hodie non eſſet ſpeciale in milite.ſm opi.Barto.
2 no.†mirabile qꝛ ante hanc.l.ſi numerabas pecuniã tuam meo
nomine ⁊ cõueniebas de pignore obligatio ⁊ actio directa ex nu
meratione acquirebat̃ mihi pignus vel hypothecaria acquire
batur tibi quam debebas mihi cedere.⁊ ſic penes diuerſas per
ſonas erat iſte actus qð erat valde abſurdũ cũ tñ nõ eſſet pĩci-
palis ⁊ acceſſoria apud vnũ.⁊ hoc erat ſatis rigoroſum ⁊ inuti
3 le.¶ †Itẽ not.dum dicit procuratori data ſunt pro eo qð dixi
ſ.l.proxi.contra illos qui diſtinguebãt an pignora cõſtituãtur
traditione vel ſola cõuentione.nam hic erãt tradita procurato
ri.⁊ tñ dño non acquirebat̃ hypothecaria qꝛ traditio non con-
4 ſtituebat pignus ſed ſolus conſenſus.†No. etiã quod iuris eſt
de principali debet eſſe de acceſſorio.¶ Querũt docto.quid ſi
mutuaſti noĩe meo ⁊ fuiſti ſtipulatus penã vel vſuras an ſicut
acquirit̃ mihi certi cõdictio ad reſtitutionẽ pecunie. ita et actio
perſonalis ad penã vel vſuras.videt̃ qð ſic cũ ſit acceſſoria.con
trariũ tamen tenẽt qꝛ eſt odioſa.non ſic in hypothecaria. vnde
non debet extẽdi contra regulã iuris antiqui q̃ per liberã pſo-
nam.vt.ſ.l.proxi.niſi in caſu in quo loquit̃.⁊ ſic erit neceſſaria
ceſſio ⁊ adhuc ſequet̃ mirabile qð olim erat qꝛ pĩcipalis obli-
gatio erit apud me:⁊ acceſſoria pene vſurarũ erit apud te quã
5 debes mihi cedere. quod eſt ſatis extraneum.¶ †Sed quid ſi
recepiſti fideiuſſores an mihi obligatio contra eos acquiratur.
Cy.tenet hic q̃ ſic qꝛ nõ eſt odioſa.⁊ ſic eſt eadẽ ratio que in hy
pothecaria.mihi videtur contrarium qꝛ in alio video differen-
tiam ſi cedis perſonalem mihi contra titium videtur ceſſa etiã
hypothecaria contra eũdem.vt.j.de act.⁊ obli.l.ſi a creditore.
⁊ tamen non videtur ceſſa contra fideiuſſores ⁊ requiritur no-
ua ceſſio.vt colligitur ex.l.qui filĳ.in prin.⁊.l.vẽditor . de here.
vel act.vend.⁊ expreſſe no.in Spe.de ceſſio.act.§.j.in addi.que
incipit res.⁊ credo qð nõ dicat veruʒ pro certo ⁊ qð requiratur
noua ceſſio contra nouã perſonam.ſicut ergo in hoc eſt differẽ-
tia inter hypothecariã ⁊ actionem competẽtem contra fideiuſ-
ſores vt facilius tranſeat hypothecaria q̃ꝫ illa.ita videtur in ca
ſu huius.l.⁊ ſic erit neceſſaria ceſſio cõtra fideiuſſores.tene mẽ
6 ti qꝛ iſta ſunt ſubſtãtialia.¶ †Ultimo Cy.inducit hãc.l.ad no
uam.q.q̃ ſi aliquis vltramontanus in terra ſua cõſtituit pcu-
ratores ad litigandũ in romana curia vel longinquis ptibus
⁊ corã iudice terre ſue promittit de iudicato ſol.pro illo procu-
ratore releuando ipſum a ſatiſdatione qð aduerſarius modo
poſſit dicere illuʒ inſufficienter releuatum:qꝛ iudex non potuit
ei acquirere actionem cũ ipſe non ſit ſubditus eius. dicit Cyn.
ſm alios q̃ imo eſt ſufficienter releuatus ⁊ qð ſibi acquiritur
actio qꝛ ſicut procurator potuit fieri coram eo qꝛ iudex erat pro
curatoris ⁊ cõſtituentis.ita ⁊ ſatiſdatio que eſt aſſeſſoria.quod
7 tene mẽti.⁊ dicit Bal.†q̃ ita practicatur in gloſ.⁊ eſt ratio ibi.
nec tamen ipſo iure competit.al'as multa ⁊ infinita iura eſſent
correcta.que dicunt omnia debere cedi qꝛ ad euitandum circui
tum haberetur pro ceſſa.hoc declara vt no.in.l.cum fundus.§.
ſeruum tuum imprudens.ff.ſi cer.pe.nã in ſubſidiuʒ actio que
eſt cedenda habetur pro ceſſa quando non ſupereſt qui cedat.
vt quia abeſt vel mortuus eſt ſine herede.vt in.l.j.in ſi.ff.de in-
ſti.cum.ll.ſeq.⁊.l.j.ſ.de act.⁊ ob.⁊ in caſu.d.§.ſeruum tuum.in
ſi.glo.ibi.Tu dic melius qð ibi loquitur quando per illum qui
volebat

volebat acquirere hypothecā non fuerat acquisita: personalis mihi vt si ego numeraui tibi ⁊ sic fuit acqsita per me ⁊ postea titius cōuenit tecū qd bona tua sunt mihi obligata talis conuentio nō valet nec mihi acquiritur hypotheca vel hypothecaria. vt in. §. per liberā. hic vero titius mutuauit tibi nomine meo. ⁊ sic acquisiuit mihi personalem eodem modo hypothecam.

2 ¶ Si vnus dominorum tantū iussit stipulari. ⁊ seruus non iubenti fuit stipulatus non aūt iubenti. cui tunc acquiratur an nominato an iubenti an vtriq; vel neutro.

3 Nominatio quando preualeat iussui.



1 Si duo. ¶ † Iussus specialis pualet nominationi sed iussui generali preualet nominatio. h. d. Bar. scdm intellectū glos. premitte quod habetur in. l. seruus communis. de stip. seru. cum. ll. seq. ff. qd seruus communis duorum simpliciter stipulādo acquirit vtriq; pro portionibus dominicis. fallit si alteri tantum iussus esset stipulari q2 tunc illi tantum acquirit. Item fallit si vni tantum fuisset stipulatus nominatim q2 illi solum acquiritur etiam si rem alterius fuisset stipulatus licet ei restituere teneretur ex cuius re stipulatio fuit interposita. nisi esset

2 talis cui non possit acquiri q2 tunc illi soli acquiritur. † Nunc occurrit talis dubitatio si vnus dominorū tm̄ iussit stipulari. ⁊ seruus non iubenti fuit stipulatus non autem iubenti. cui acqritur an nominato an iubenti. an vtriq; an neutri. ⁊ imperator dicit olim fuisse altercationem inter prudentes ⁊ eligit primā viam qd acquiratur iubenti tantum ne malitia serui noceat iubenti. vt tempus ab altero stipuletur illi et non iubenti. et hoc vsq; ibi quod enim. ibi format vnam opi. de eo quod apud antiquos dicebatur iussionem domini esse absimilem nominationi. ⁊ sic antiqui dicebāt qd nominatio est potentior q̄ sit iussio. ⁊ sic videt quod nominato acquirat non iubenti. sed respondit qd aut venit duntaxat iussio ⁊ acquiritur iubenti. aut interuenit duntaxat nominatio vnius ⁊ acquiritur nominato. ⁊ tunc fateor qd nominatio est potentior q̄ iussio quoniā nominato potest acquirere ex re etiam alterius domini nō sic iubenti vel si stipulatur ex re alterius non iubenti non acquiritur iubenti propter solum iussum. ⁊ sic plus valet nominatio ad acquirendum quam valeat iussus iste est vnus videre meo intellectus non tactus per gl. vel doc. ⁊ sic cessant ambages tacte per doc. qui videntur dubitare. cum ista. l. videatur sibi contradicere. q2 in prima parte vult iussum preferri nominationi. ⁊ postea in fine dicit contrariū qd plus valet nominatio q̄ iussio. sed ponit casum vt dixi ⁊ cessat contrarietas. al's ille ver. qd enim non veniret ad propositum q2 videtur velle opponere contra deter-

3 minationem suam. ⁊ non sequeretur bona respōsio. ¶ † De declaratione gl. j. opp. ad primam partem. l. vbi dicitur q̄ iussus preualet de fi. l. vbi qd preualet nominatio gl. soluit tribus modis. prima ⁊ vltima sunt bone. ¶ Et distigue aut sunt de p se. ⁊ tunc maioris virtutis est nominatio q̄ iussus: quia facit vt acquiratur nominato etiam si stipuletur ex re alterius. dico tamen qd queritur actio. sed quod cōsequitur ex ea tenetur ei restituere ad quem res pertinet. l. si ex re. §. sicut. de stip. seruo. et. l. j. §. ij. non sic operaretur vt acquirat iubenti ex re alterius. aut considerātur simul: q2 vnus iussit ⁊ alter fuit nominatus. ⁊ tūc aut iussus fuit generalis. quia iussit vt stipularetur ⁊ non dixit sibi iubenti vel alteri. ⁊ idem vt nominatio preualeat. vt in vltima solutione glo. que fuit Azo. aut fuit iussus specialis q2 iussit vt prodesset ipsi iubenti. ⁊ ipse stipulatus est alteri. ⁊ tūc aut ex re iubentis ⁊ acquirit iubenti. nec obstat qd. s. dixi qd nominatio acquiritur ex re alterius q2 verum est si non precessit iussus illius. tunc enim duo vincula preferuntur vni. vt. l. re coniuncti. de lega. ij. si vero ex re nominati acquiritur nominato eadem ratione q2 duo concurrunt pro eo. sed pro iubente vnū tantum. aut alterius non alicuius eorū. ⁊ puto quod acquiratur iubēti. ⁊ sic in hoc preualet iussus vt in prima parte huius l. per rationem quam glo. assignat.

¶ Ad senatusconsultum macedonianum. Rubrica.

2 ¶ Ex mutuo facto filiofamilias orit ciuilis ⁊ naturalis obligatio sed obstat exceptio mace.

An sit in arbitrio iudicis discernere an creditor habuerit iustam causam credendi filiofa. vel non. vt cesset exceptio mace.



1 Si filiusfa. ¶ † Hic ponit vn⁹ casus i quo cessat senatuscōsul. macedo. ⁊ non datur exceptio cōtra creditorē scʒ quādo filiusfa. q mutuū recipit asseruit se patremfamilias ⁊ creditor iusta ratione motus credit sibi. ⁊ sic duobus cōcurrentibus. alij casus ponuntur in. l. proxi. alij in. l. si permittente. ⁊. l. macedoniani. alij in. l. fin. qui sunt octo vel nouem. puto autem in casu huius. l. assecurationē filij non nocere patri. q2 potuit fieri maliciose. ⁊ sic filius conuentus nō habebit exceptionem macedo-

2 nia. sed pater sic si conueniatur de peculio. ¶ † In tex. ibi exceptio ei denegabitur debes autem scire qd ex mutuo facto filio-

a fami.ᵃ oritur ciuilis ⁊ naturalis obligatio. vt in. l. quia naturalis. ff. eo. quia. l. non resistit contractui sed effectu ipsius dicens actionem ex mutuo non dari quod est intelligendum. scʒ cum effectu. quia bene oritur actio sed obstat exceptio. Si autem resisteret contractui nulla nasceretur obligatio etiam naturalis vt in. l. cum lex. ff. de fideius. Iteʒ puto qd sit in arbitrio iudicis discernere an creditor habuerit iustā causam credendi vel nō. Cy. autem dicit quod iustam causam videtur habuisse si ille iurauit se esse patremfami. vel si pater erat alibi et filius asseruit illum esse mortuum si tamen postea cōstaret quod creditor sciebat patrem viuere ⁊ ipsum esse in potestate patris. ⁊ tunc asseueratio filij etiam cum iuramento non prodesset creditori contrarium scienti: quia seipsum decipit non autem a filio decipitur cum scienti non inferatur dolus nec deceptio. vt. s. de transact. l. cum donationis.



1 Zenodorus. ¶ † In ista. l. ponuntur bᵇ v. casus in qbus cessat senatusconsul. pro intellectu primi dicti qñ publice se gerebat pro nomine sui iuris vide quanto tempore debet hoc fecisse ad hoc vt habeatur pro tali vide omnino qd no. Bal. in. l. ij. §. si aduersus rem iudi. ⁊ Bart. in. l. labeo. ff. de suppel. le. quādo autem asseruit se esse sui iuris non requiritur qd longo tempore se pro tali gesserit sed sufficit assertio cū longo tempore. vt. s. l. proxi. sed vbi non asseruit longum tempus requiritur vt hic cum no. in dictis locis.



1 Si filius. ¶ † In alio cōtractu q̄ mutui nō habet locum exceptio macedo. h. d. Et pone casum vt habeat magis dubium quod filiusfami. emit quandam rem pro centum. ⁊ dicta centum confessus est se habere ex causa mutui ⁊ promisit per stipulationem restituere non attenditur hec causa propinqua actionis pariende. sed originalis causa que fuit cōtractus emptionis.



1 Si permittente. ¶ † Hic ponit idē casus q in. l. s. eo. in quo cessat senatusconsultum macedonianum scʒ quando est factum patre permittente. h. d.

2 ¶ Filius si est in studio de volūtate patris qd necesse habet pater perseuerare ⁊ administrare sibi expensas necessarias.

An pater teneatur filium mitterre ad studium.

3 Sicut pater tenetur donare filiam ⁊ dare donationem filio propter nuptias ita ⁊ dare filio aliquam artē ex qua viuere possit.

4 Licet pater saltē qñ filius est in studio de voluntate sua teneatur sibi emere libros. non tamē tenetur eos sibi donare. ⁊ sic qd post mortem patris erunt cōmunes inter fratres.

Quod tamen fratres debeant esse contenti quod computetur pretium eorum in sortem suam ne auferantur sibi sicut nec militi arma.



1 Macedoniani. ¶ † Hic ponit ali⁹ cas⁹ i quo cessat hec exceptio scilicet quando fit mutuum filio in causam studij in quam pater habet filio necesse subuenire. puta in studio vel causa legationis glo. miratur de isto text. q2 primo innuit quod quando mutuum fit filio in causam studij vel legationis pater teneatur insolidum dum dicit hos sumptus fore ⁊c. ⁊ postea in ver. ex contractu dicit eum teneri de peculio tantum. ⁊ respondit quod quidam sunt sumptus necessarij. puta expense victus ⁊ emptio librorum sine quibus studere non potest. ⁊ ita loquitur prin. legis. ⁊ ad istas pater tenetur insolidum. quidam sunt causa studij non tamen necessaria vt coopertura librorū. ⁊ alie sine quibus filius posset transire. pone fecit scribere lecturas non necessarias pro tūc loquitur vers.

2 sed ex contractu. † Item vult glo. qd si filius est in studio de voluntate patris necesse habeat pater perseuerare ⁊ administrare sibi expensas necessarias. sed si non de voluntate patris tūc secus quia pater non tenetur filium mittere ad studium si non vult. al's disputando tenui cōtrarium si filius est ad hoc aptus ⁊ facultates patris suppetunt ⁊ pater tenetur prouidere filijs.

3 ⁊ sicut † tenetur dotare filiam ᵇ ⁊ dare donationem filio pp̄ter

b nuptias ita ⁊ dare filio aliquam artem ex qua viuere possit secundum ⁊c. quod allegatur. l. quod de bonis. §. non solum. ad carbo. ⁊ illum casum vidi de facto vbi filius contra eius voluntatem venit ad studium cupidus studere. ⁊ tamen reuocauit eū ⁊ nihil voluit sibi administrare. dicens quod volebat qd ipsum

4 iuuaret in suis agēdis. sed male fecit ⁊ male sibi successit. † Di-

ᵃ ¶ Ex mutuo facto filiofa. adde an mutuū factū p filiūfa. noie patris an qrat patri. vide p bart. in. l. frater a fratre. in. iij. col. ff. de condi. inde.

ᵇ ¶ Dotare filiam. adde. l. fi. C. de dotis promissione. et an tenet dotare filiā diuitē. vide per Ang. i. d. l. fi. iūcta glos. iiij. et an tenet dotare filiā emācipatā. vide i. d. l. fi. ⁊ an tenet dotare filiā ingratā. viđ p Bal. ⁊ Io. de imo. in. l. post mortē. in vij. col. ff. sol. ma. et an tenetur dotare filiam si est meretrix: vel similis cōditiōis. viđ p Bal. in. l. q liberos. in re portat's antiqs. ff. de ritu nuptia. ⁊ an tenet dotare filiā etiā nuptā. viđ gl. ⁊ ibi bar. ⁊ Ang. ƌ act. ⁊ ob. Bal. in. l. fi. C. de sentē. q̄ sine certa quāti. Nic. de neap. i rub. so. ma. glo. in. c. hoc factū. xxxij. q. ij. Abb. i. c. accedēs. de procu. Abba. in. c. j. de despon. impu. Abb. i. c. j. ƌ adul. Alex. de imo. cōsi. cxxix. incip. viso themate. i. ij. vo. ⁊ an tenetur dotare filiā spuriā vide p Bar. in l. si q a liberis i. §. vtrū. ff. ƌ libe. agn. Bal. i. l. si pr̄. C. de dotis pmis. Abb. i. c. cū haberet. ƌ eo q cog. cōsan. vxoris sue.

a ¶ Emere libros. Adde Bar. in. l. si donatiões. i. §. [pr]. ff. de do. bal. in. l. j. ff. sol. ma. Bal. cõsi. xxi. incip. v. querũtur. iu. vij. vol.

cit etiam Bal. qđ licet pater saltem qñ est in studio de volunta
a te sua teneatur sibi emere libros[a] non tamẽ tenetur eos sibi donare. ꝛ sic post mortem patris erunt cões inter fratres si pater eos sibi non prelegauit. debent tamen fratres esse contenti qđ computetur pretium eorum in sortem suam ne auferãtur sibi sicut nec militi debent auferri arma. argu. ad hoc quod dixi in l. si familie. §. fa. erci.

2 ☞ Pecunia mutuata filiosa. si est salua nec duz mutuata in causam necessariam an cesset exceptio macedoniani.

1 **Si filius.** † Ex mutuo facto filiofami. nõ datur actio de peculio contra patrẽ. Item senatusconsul. quod loquitur in filijs habet etiam locum in nepotibus constitutis in po-
2 testate. h. d. ¶ † Quero quid si pecunia mutuata filiofamilias est salua non tamen fuit mutuata in causam necessariã. an cesset exceptio mace. videt qđ sic sicut qñ pecunia mutuata filio esset salua vel ex ea esset effectus locupletior teneretur cum effectu in. l. iij. in prin. ff. cõmoda. qꝛ nõ debet locupletari cũ aliena iactura. Bal. tenet cõtrariũ qꝛ hoc casu propter prohibitionez senatuscon. ꝛ dolũ mutuantis permittitur vt ille locupletetur cum sua iactura. ꝛ allegauit. l. sed ꝛ si pater. §. ij. vel. iij. ff. eo. tit. vbi pecunia erat conuersa in ornamenta filie que pertinent ad decorem patris. ꝛ sic poterat dici salua. ꝛ nihilominus habet locum exceptio. breuiter istud videtur satis durum ꝛ iniquum dicere ꝛ contra ius naturale. l. nam natura. de condi. indebi. nec obstat tex. qꝛ non dicitur salua propter qđ esset expensa in ornamenta si pater non esset illa facturus.

2 ☞ Ratihabitio retrotrahitur ꝛ mandato comparatur.
3 Quid si contractus nõ fuit celebratus noie ratum habentis et quando non trahatur retro. ꝛ nu. 2.
4 Statutũ qđ filiusfamilias non possit se obligare sine consensu patris nisi sit mercator, si sit mercator. sed non obliget se ex causa mercantie an erit efficaciter obligatus.

1 **Si filiusfa.** ¶ † Sicut cessauit exceptio senatuscõ. qñ pater cõsensit a principio vel p̄misit filio mutuari ita si ex postfacto ratum habet: qꝛ ratihabitio retrotrahitur ꝛ mãdato comparatur ad hec semper allegatur ista. l. ꝛ si filius erat miles: qꝛ habetur pro patrefami. quo ad castrense peculiũ et in illud presumitur accepisse in dubio cessat senatuscon. ma. hoc
2 dicit tota. l. † No. qđ ratihabitio retrotrahitur ꝛ mandato cõ-
b paratur Barto. in. l. si vxore, §. si quis. ff. de aduterijs. dicit esse hoc verum in his que gesta fuerunt nomine ratum habentis per. l. si. ff. cõmu. predio. breuiter hoc videtur mihi falsum ꝛ cõtra istũ text. qꝛ hic non dicitur qđ filius recepit mutuũ nomine patris vnde potuit recipere proprio nomine. Item quod dicit Bart. est expresse ꝯ tex. l. si fundus. §. j. ff. de pig. vbi actus non erat gestus nomine ratũ habentis. dic ergo in preiudiciũ ratuz habentis trahitur retro a principio in cõtractu non celebrato nomine eius. non sic in fauorem ratificantis vt per hoc negotium efficiatur suũ ꝛ acqrat actionẽ. per. l. si pupilli. §. sed si ego.
3 de neg. gest. † Item trahitur retro quando actus deficiebat solum in consensu ratum habentis. si vero habebat alium defectum preter consensum. tunc ratihabitio non faceret actum reconualescere sicut in sententia nulla propter defectum ordinis qꝛ ratihabitio partium non faceret eã reconualescere vt valeat iure sententie. sed dũtaxat iure pacti. vt in. l. ij. §. cõia vtriusq; iudicij. ꝛ circa predicta vide omnino quod tractatur gl. ꝛ Inno. ꝛ alios modernos canonistas in. c. prudentiam. de offi. delega. in prin. ꝛ in. c. cum nos. de his que fiunt a prelato. Bal. etiã ponit plures casus in quibus cessat hec regula qđ ratihabitio nõ trahitur retro nec mandato comparatur quorum aliqui colli-
4 guntur ex. ll. allegatis. in glos. ¶ † Ex vltimo dicto no. argu. si statutum dicat qđ filiusfa. non possit se obligare sine consensu patris nisi sit mercator. queritur si est mercator. tamen se obligat non ex causa mercantie. puta emit vnam possessionem. an erit efficaciter obligatus videtur qđ sic. argu. huius text. qꝛ sit presumptio iuris ꝛ de iure contra quam non admittatur probatio in contrarium qđ se obligauerit in causam mercantie. sicut hec est presumptio qđ miles accepit in causam castrẽsis peculij contrariũ sentit Bal. qꝛ debet intelligi quando euidenter non apparet contrarium. al's sicut per confessionẽ pôt probari contra presumptionem iuris et de iure. ita ꝛ per euidentiam facti que non est minoris potentie. imo excedit omnem probationem. vt. l. si irruptione. §. ad officiũ. ff. finiũ regun. die. xxiij. Iunij. M. cccc. xxxix. Et tunc comes Franciscus de codignola fuerat ad castrum Montagnane in die precedenti cum gentibus suis ꝛ ibi erat Gattamelata capitaneus. S. ve. et Comes Franciscus erat capitaneus lige. s. venetorum florentinorum. do. Pape eugenij. d. Marchio. ferrarie ꝛ Genuẽsium. ꝛ Nico laus picininus capitaneus ducis Mediolani vna cũ do. Marchione mantue erat castrametatus circa veronam.

¶ Ad senatusconsultum velleianum. Rubrica.

1 ☞ Senatusconsul. velleianum. quare fuerit introductum.
1 ¶ Quia mulieres propter sexus fragilitatem prone sunt ad promittendũ plus q̃ masculi. sed ad donãdũ vel soluendũ vel diminuendum de proprio patrimonio tenaciores sunt q̃ masculi. quoniam eorũ genus auarissimũ est vt traditur per antiquos. ff. eo. l. sed si ego. idcirco senatusconsul. prouidet eis qñ incipiunt a promissione ꝛ promittant pro alio. ꝛ sic intercedãt: vt soluere non teneantur sed habeant exceptionem. ꝛ si soluant ex causa dicte promissionis per errorẽ iuris vel facti repetant per conditionem indebiti. ꝛ hoc ne ex facilitate earum periclitentur qꝛ soluendo forte non poterunt repetere ab eo pro quo soluerunt. qꝛ forte non est soluẽdo. vnde repetunt ab eo cui soluunt. Excipiunt ne soluere cogantur. cum vero donant vel incipiunt a solutione nulla precedente promissione pro alio qꝛ in hoc nõ sunt faciles sed tenaces. vnde non ex facilitate hec faciunt. senatusconsul. eis non prouidet vt repetant ab eo cui soluunt sed possunt repetere ab eo pro quo soluunt. ꝛ si ille non est soluendo imputent sibi. hec est substantia senatusconsul. velle. quod sic dicitur a velleio consule qui ipsum rogauit ꝛ fieri fecit in fauorem mulierum. ꝛ sic dicitur exceptio fauorabilis cui pôt renuntiari. vt no. glo. in. l. j. ꝛ in. l. si. ꝭ. co. sed exceptio macedoniani non fuit introducta in fauorem filij recipientis mutuum. nec patris sed in odium mutuantis. ideo filius non pôt ei renuntiare ꝛ potest eam opponere etiam post sententiam que transiuit in rem iudi. vt. l. tam ꝛ si. ff. ad mace. qꝛ est odiosa non tamen inducit repetitionem solutionis per errorem iuris: sed facti. sicut in. l. fin. ad mace. ff. secus in exceptione velleiani que inducit repetitionem siue per errorem iuris siue facti. vt in. l. qui exceptione. ff. de condi. indebi. ꝛ sic ista exceptio fauorabilis magis reddit indebitum q̃ odiosa. quia licet vtroq; casu tam filius recipiens mutuum q̃ mulier intercedens obligentur ciuiliter ꝛ naturaliter. tamen exceptio velleiani cõpetens mulieri. facit perinde haberi acsi nec ciuiliter nec naturaliter deberetur quocumq; errore solutum repetitur. sed exceptio macedoniani facit haberi perinde acsi esset debitum naturaliter tantum nõ ciuiliter quo casu solutum per errorem iuris nõ repetitur: sed per errorem facti sic. vt. ꝭ. ad. l. fal. l. error. ꝛ plene no. in. l. j. ff. de cõdi. inde. ꝛ ille titulus in si. est subtilis ꝛ difficilis.

2 ☞ Duo modi intercedendi pro alio et in quo iuuet mulier exceptione velleiani.
3 Quod creditor tũc repellatur a muliere p exceptionẽ velleiani qñ sic illuderet mulierem vt pro alio intercederet.
Quid si ignoraret eam esse mulierem qꝛ induit se veste virili.

1 **Mulieribus.** ¶ † Tũc mulieri datur exceptio velleiani quãdo incipit a promissiõe. s. alienã obligationem in se suscipiendo: vel in se transferendo sed si incipit a solutione ꝛ soluit pro alio nõ repetit virtute senatuscõ. ab eo cui soluit supple. sed repetit ab eo pro quo soluit per act. neg. gest. ¶ In tex. ibi senatuscon. subuenitur. scꝫ vt non teneanẽ soluere. ꝛ si soluunt per errorem repetãt. vt. ff. eo. l. quãuis. ¶ In ver. si tñ precedẽte ꝛ infra sequitur cum obligate non essent ꝛc. q. d. secus si erãt obligate qꝛ tunc videntur soluere non sponte sed ex necessitate precedentis obligationis. ꝛ hoc faciunt per errorem qꝛ precedens obligatio eas non necessitabat cum aduersus eam haberent exceptionem. quando autem nulla precedente obligatione soluunt pro alio rem non repetunt qꝛ sponte hoc faciunt nõ qđ videantur donare. lꝫ gloss. si. dicat contrarium cũ subsit alia presumptio. s. vt repetant ab eo pro quo soluunt. sed ideo non repetunt ab eo cui soluunt qꝛ incipiunt a diminutiõe patrimonij nõ a promissione. ad quã faciendam nõ sunt faciles imo tenaces plus q̃ masculi ideo fragilitas sexus non meruit hunc fauorẽ. qꝛ hoc non facit ex fragilitate. ꝛ patet in. l. quãuis. §. in-
2 terdum. ff. eo. ꝛ in eo. ti. l. senatus. in si. ¶ † Et no. j. l. duos modos intercedendi. scꝫ cum quis alienam obligationem in se suscepit. quod glo. intelligit. scꝫ participando qꝛ obligatio principalis remanet firma. ꝛ altera. scꝫ intercessionis ei adiungitur que dicitur accessoria. ꝛ hoc potest fieri altero de tribus modis vt in glo. j. Secundus modus quando alienam obligationem in se transfert. ꝛ hoc potest fieri duobus modis. vt in glos. ij. in quibus principalis obligatio non contrahitur vel contracta in aliam transfertur iure nouationis. ¶ Et not. qꝛ primo casu quando participando intercedit senatusconsul. producit mulieri remedium exclusorium. qꝛ creditorem agentem potest per exceptionem

b ¶ Ratihabitio retrotrahit. adde. l. hoc iure. in. §. deiecit. ff. de reg. iur. ꝛ i regula ratihabitio pẽ. de re. iur. lib. vj.

exceptionem excludere. Sed in secundo casu si quidem alienam obligationem iam contractam in se trasfert animo nouandi. qꝛ tunc tenetur mero iure. verum quia obligatio nouans non est efficax propter exceptionem velle. senatuscon. prouidet creditori qꝛ sibi restituit vtilem actionem contra pristinum debitorem ipso iure eodem instanti quo prima tollitur per nouationem. et istud dicitur remedium restitutorium. vt. ff. eo. l. si paterna. in fi. quod non datur mulieri sed creditori. Si autem prima obligatio non fuisset contracta. sed cum fuit contrahenda cum masculo in fraudem senatuscon. omisso masculo contrahitur cum muliere vt sic non videatur intercessisse sed per se principaliter contraxisse. ꝛ sic fuit color quesitus senatuscō. tribuit creditori actionem vtilem in masculum acsi cū eo contraxisset. quo casu fuisset acquisiturus directam. ꝛ hoc dicitur remedium institutorium. vt. ff. eo. l. quāuis. §. si cum esset. ꝛ not. in eo. l. senatus. in glo. que incipit accipiendo ipsum mutuum. ꝛ sic tria sunt remedia senatusconsul. exclusorium restitutorium et institutorium. habet quartum. scꝫ repetitorium. scꝫ quando precedente
3 obligatione per errorem soluit. vt in. l. quāuis. ¶ † Secundo no. in ver. non ignorant quod tunc creditor repellitur a muliere per exceptionem velleiani quando sic illuderet mulierem vt pro alio intercederet. Si autē ignorat esse mulierē qꝛ induit se veste virili nō videtur intercedere quia fingebat pro seipso habere non pro alio. ꝛ sic qꝛ decipit creditorem nō succurritur ei: qꝛ deceptis nō decipientibus iura subueniunt. vt. j. eo. l. si sine. §. j. ꝛ. ff. eo. l. si decipiendi. ꝛ de modis intercedēdi vide bonam glo. in. l. in personam. §. j. ff. de pact.

2 ☞ Mulier si intercedat pro creditore suo vltra quantitatem quam debet qō pro illo pluri iuuetur exceptione velleiani.

1 Frustra. ¶ † Nō videt intercedere mulier nec iuuatur velleiano quādo erat debitrix illius pro quo se obligauit. h. d. ratio est qꝛ potius videtur gerere negotiū suum q̄ alienum. nec potest in hoc dānificari vel periclitari qꝛ si pro illo soluat non habet necesse repetere ab eo pro quo soluit cum liberetur ab eo ꝛ hoc sufficit sibi. sed qn̄ nō erat debitrix si solueret haberet ab illo repetere ꝛ forte non posset qꝛ nō esset soluēdo. ideo sibi subuenitur ne soluere cogatur. ꝛ adde qō not. in. l. quāuis. §. si mu-
2 lier apud. ff. eo. † Et intellige vsqꝫ ad quātitatē quā ipsa dꝫ. sed si quatenus vltra q̄ debet pro eo promitteret in eo haberet ex-
a ceptionē. qꝛ in eo qō iuris est de toto est etiā de parte vt. l. que de tota. de rei vendi.

1 Si cum. ¶ † Etiam si pro filio mater intercedat iuuatur velleiano. h. d. videbatur contrarium quasi censeatur negotium proprium ipsi⁹
b mulieris cū filius reputetur eadē persona cum patre vel matre ꝛc. ar. s. l. proxi. sed certe in hoc non reputatur eadē persona quantum ad hoc vt videatur gessisse proprium negotium.

2 ☞ Mulier sicut dicitur intercedere qn̄ obligat se ꝛ personam suā pro alio ita etiam qn̄ obligat vel patitur obligari rem suā tanq̄ suā: secus si tanq̄ sit ipsius obligantis ꝛ idem si patit obligari rem sibi obligatam.

1 Senatus. ¶ † Ista lex vult idem in effectu q. l. j. qō mulieri succurrit quando intercedit non quando in rem suam vendit et precium pro alio soluit nulla precedēte intercessione. ¶ † No. hic
2 in ver. qō in rerum. qō sicut mulier dicitur intercedere quando obligat se ꝛ personā suā pro alio. ita etiā qn̄ obligat vel patitur obligari rem suā tanq̄ suā. vt in. l. proxi. secus si tanq̄ sit ipsi⁹ obligantis qꝛ tunc deciperet creditorē vt habetur ibi. Idem si patitur obligari rem sibi obligatam. vt in. l. vir vxori. §. j. ff. eo. ¶ In. l. fi. ibi deficit auxilium senatuscon. ꝛ tangam. j. eo. l. iubemus. qꝛ tales actus non videtur fecisse ex fragilitate sexus cū ad eos sit magis tenax q̄ masculus. ꝛ ista est melior ratio quā illa quā ponit glo. que dicit qō videtur donare. quod est falsum cū subsit alia presumptio. vt in. l. si cū aurū. de sol. repetet ergo a viro pro quo soluit non a creditore cui soluit sponte qꝛ nulla precedebat ꝑmissio.

2 ☞ Qui patitur obigari rem suam an sibi preiudicet.

1 Si sine. ¶ † Si res mulieris obligat p aliū sine voluntate mulieris nō valet ipso iure obligatio. ideo non indiget auxilio senatuscon. Sed si cum eius voluntate expressa vel tacita obligatur tanq̄ res ipsius mulieris valet mero iure obligatio. sed obstat exceptio velleiani contra agentem hypothecaria. Si vero patitur eam obligari non tanq̄ suam sed ipsius obligantis cum sciat esse suam decipit creditorē. ideo contra eum non subuenitur. qꝛ deceptis ꝛ non decipientibus iura subueniunt. hoc dicit sic. j. eo. feminis. ꝛ ponit tres casus illa. l. in primo nullus interuenit consensus mulieris expressus vel tacitus qꝛ ignorabat. vel si sciuit contradixit vsqꝫ ibi sed si. in secundo interuenit eius consensus expressus. intellige. scꝫ qō obligaretur tanq̄ res ipsius mulieris. vnde imputet sibi creditor quod eam recepit quia sciebat vel scire debebat esse intercessionem. vt. s. l. proxi. sicut est in rem. ideo dico si non expresse consensit sed passa est eam obligari tanq̄ rem ipsius mulieris. quo casu consentire videtur ſm opi. glo. hic. ꝛ in. l. caius. ff. de pig. act. quia cum cōtra dicendo posset actum impedire patientia habetur pro consensu ſm glo. Pe. dicit contrarium ꝛ etiam Cyn. qō non placet. li-
2 cet Bal. videatur eos consequi. ¶ † In tertio ꝛ vltimo casu in ver. quod si patientiam. non interuenit cōsensus expressus. sed scientia ꝛ patientia. verū qꝛ passa est obligari tanq̄ rem ipsius obligantis non tanq̄ ipsius mulieris cum ipsa mulier sciret rem esse suam decipit creditorē. qꝛ si sciuisset esse eam mulieris verisimiliter eam non recepisset sed fecisset sibi dari aliam. ideo mulier perdidit exceptionem velleiani. propter autem patientiam solam perdidit auxilium iuris cōis. qō est qō quis nō possit obligare rem alterius sine voluntate dn̄i qꝛ sciendo ꝛ patiendo videtur velle ſm gloss. sed propter fraudē ꝑdidit auxiliū velle. ita intelligo. ꝛ hoc presupposito succedit questio formata in gl. qꝛ si vendis rem alienam illo sciente ꝛ patente nullū ei facis pre- a iudicium. sed si pig. facis preiudicium qꝛ cōstituis ius in re. gl. nititur respondere. sed dic vt clarius colligitur ex gl. l. caius. qꝛ cum vendis contradictio eius non potuisset actum impedire quoniam qui vendit non intendit constituere ius in re nec constituit sed duntaxat obligare ad tradendū. dn̄s autem rei non potest impedire venditorem quo minus seipsum obliget. sed qui obligat rem intendit constituere ius in rebus ꝛ hoc nō pōt facere in aliena re sine voluntate domini ꝛ sic dn̄s contradicendo pōt impedire. si ergo non contradicit censet consentire. ista est ratio optima que tamen non placet Pe. qꝛ fundatur solum in ista. l. que loquit qn̄ dn̄s patitur fraudulenter obligari rem suam tanq̄ alienam. ꝛ eodē modo loquit. l. ij. j. si aliena res pignori data sit. qn̄ autem non fraudulenter qꝛ non pateret obligari tanq̄ alienam ꝛ tanq̄ suā. tenet ipse qō patientia non habetur pro consensu. per. l. sicut. §. non videtur. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. qui. §. nihil facit qꝛ loquitur in eo qui patitur vendi non obligari. preterea si dn̄o patitur rem suā obligari tāq̄ alienam videtur consentire quanto magis si tanq̄ suam. nec ob. ister. qꝛ dico qō propter fraudulentie penas perdit auxilium senatuscon. duntaxat. quod est de iure speciali. sed auxilium iuris cōis non perdit propter fraudem sed propter patientiam per rationem glo. ꝛ ista est veritas. b

a ¶ De toto est etiā de pte. adde. c. j. xij. di. cle. ne romani. i j. rūso. de elect. c. cognouim⁹. xij. q. ij. ꝛ glo. j. c. maiorib⁹. de prebendis.

b ¶ Filius reputat eadē psona. adde l. fi. j. c. hoc aūt. C. de ipu. ꝛ alijs substi. gl. j. c. sup eo. cl. ij. de test. ꝛ p Abb. in cōs. lxiiij. incipiē te videt primo dictū legatū. in. j. vo. in. iiij. col. ꝛ quare pater plus diligit filiū q̄ filius patrē vide p Jo. and. in ru. de scu. in. v. col. ver. itē i hereditate

2 ☞ Mater si male gerat tutelā filiorum non iuuat velleiano.

1 Si mater. ¶ † Si mulier se obligat vel indēnitatē ꝑmittit futuro debitori de quo est debiturus futuro creditori non videtur intercedere. ideo non iuuatur velleiano secus si futuro debitori. h. d. Scdm intellectū glo. ꝛ ponit tres casus. in primo qui durat vsqꝫ ibi si autem se obligauit tutoribus filiorum suorum pro eo qꝛ dixit erunt debituri pupillis ex eo qō nō gesserunt tutelam sed permiserunt eā geri per matrem. ꝛ sic se obligauerunt futuris debitoribus pro eo qō essent debituri. vnde nō est intercessio qꝛ nō pōt qs intercedere pro eodē apud eūdē. vt in. l. si quis pro eo. ꝛ. l. heres a debitore. §. qō si stipulator. ff. de fideiusso. ꝛ cum isto primo dicto cōcordat. l. quamuis. §. j. ff. eo. vbi assignatur alia ratio. scꝫ qꝛ tunc mulier nullam obligationem in se suscepit veterē vel nouam: sed eam de nouo facit. ¶ In secundo casu. scꝫ in ver. si autē se obligauit tutoribus pro eo qō eis debeatur a pupillis ex administratione. ꝛ sic futuris creditoribus pro eo quod debebunt futuri debitores ꝛ ista est propria intercessio qꝛ non est pro eodem apud eundem. sed pro pupillis futuris debitoribus apud tutores futuros creditores. In tertio casu. in ver. si vero se obligauit pupillis pro eo qō tutores erunt debituri. ꝛ similiter est intercessio eadē ratione. ꝛ contra ista duo dicta gloss. oppo. de dicta. l. quamuis. §. j. ff. eo. ꝛ ponit quatuor combinationes. sed formalis solutio ad contrarium est quod ille. §. concordat cum primo dicto huius. l. qui est diuersus a secundo ꝛ tertio qꝛ ibi se obligauit debitori pro eo qō ipse debet vel debiturus est. in istis autē duobus se obligauit debitori seu creditoribus pro eo qō eis debebitur a
2 creditoribus. ¶ † In primo casu ibi cum fili[illegible] suorum gereret patrimonium. idest gerere vellet rogauit enim tutores quod de administratione se non intromitterent sed permitterent eam geri per ipsam matrem. cum ipsa esset melius instructa ꝛ informata ꝛ cum tutores hoc recusarēt dubitantes ne ex hoc tenerentur pupillis. si tutela male administrabitur per matrem qꝛ eis incumbit onus administrandi. ista mater promisit eis indēnitatem de omni eo qō possent ex ista causa debere pupillis. ꝛ dedit fideiussores ꝛ pignora. certe si pupilli postea cōueniāt tuto-

res qui habent regressum contra matrem ꝛ fideiussores datos per eam ꝛ contra pignora nec potest se iuuare velleiano qꝛ non fuit intercessio qꝛ se non obligauit pupillus creditoribus pro ipsis tutoribus futuris debitoribus. sed obligauit se ipsis debitoribus pro ipsis eisdem. ꝛ sic si foret intercessio esset apud easdem pro eisdē qd̄ esse non debet. ¶ In secundo casu ibi se excusare. dic propter aliquā causam que prebet excusationem. vt in tit. de excus. tuto. ꝛ hoc ideo faciebant qꝛ non videbant se posse bene administrare nisi ponerent de suo consi. sed pupilli haberent largum patrimoniū ꝛ paucam pecuniā. vnde dubitabant si aliquid expenderetur non posse faciliter a pupillis recuperare. mater etiam rogauit vt gererent ꝛ nō se excusarent. ꝛ sic econuerso ad precedentem casum ꝛ promisit eis indēnitatem de omni eo quod pupilli essent debituri huic tutori: ꝛ sic se obligauit creditori futuro pro suis pupillis debitoribus. ista est proprie intercessio qꝛ non est pro eodem apud eūdem. sed pro pupillis apud tutorē. ¶ In tertio casu ibi si vero tutores fecit aliquos forte amicos suos: cum tamen alij consanguinei vel iudex recusarent eos dari timentes ne sint idonei. sed mater suscepit in se periculum ꝛ promisit indēnitatem. ꝛ sic se obligauit. ꝛ sic se recipientibus pro eis pro futuris debitoribus. scꝫ tutoribus quos dedit vel dari facit si non bene administrarent illa est bene intercessio ꝛ similiter iuuatur autoritate. §. ne teneat̄. ¶ In glos. magna ibi ꝛ in vtroqꝫ est intercessio. ꝛ sic nō tenetur vt hic in secundo ꝛ tertio casu. qꝛ in ambobus se obligat creditor pro debitore. ¶ In glo. ibi ꝛ in vtroqꝫ cessat velle. vt in. ll. cōtrarijs. supple. ꝛ dic in primo casu qꝛ in vtroqꝫ se obligat debitori pro eo qd̄ debiturus est alteri. ꝛ sic non est intercessio inter eos pro eodem apud eundem. s̄m Oldradum.

4 †aut fuit apposita obligationi certe speciei vel facto: et tunc secus: q in talibus non cadit etiam vsura: & sic poterit tota peti per illas .ll. et etiam de iure canonico. per quod .ll. loquentes de pena non sunt correcte: & propter hoc vsurarij adhibēt cautelam: q quando mutuant apponunt pactū q debitor quantūcunq requisitus debeat comparere coram iudice et recipere preceptum in se de soluendo vel consignare pignora: et hoc est multum in consuetudine Bononie. nam si hoc facit tota pena poterit peti: quia est apposita obligationi facti non quantitati & hoc tenuit Jac. but. Bar. in .l. cum seruus. ff. de cōdi. & demō. dicit q si hoc bene fuisset appositum in principio tempore contractus celebrati talis pena cēseretur apposita in fraudē vsurarum: q licet apposita obligationi facti: q tamen istud factū tendit ad finem exigendi quantitatem reputatur potius apposita obligationi quātitatis q̄ obligationi facti. & alle. glo. in .l. sz & si quis. §. fin. ff. si quis cau. & idem not. in .l. cum proponas. C. de dolo. et .l. que res. §. in ratione. ff. de sol. si autem ex postfacto fuisset hoc actum fatetur dictum Jac. but. non sic enim ex postfacto presumitur fraus: sicut a principio: p hoc bonus text. in .l. iij. §. si ab ignoto. cum sequenti. ff. de ma. vindi. & per Inno. in c. grauis. circa fi. de deposito extra. Bononie tamen seruatur
5 indistincte dictum Ja. bu. ¶ †Ex predictis etiā apparet quid iuris sit in pena compromissi quando partes promittūt parere laudo cum pena & arbiter cōdemnat cum ad dandū certam quantitatem infra certū terminū. & ille non soluit an pena possit peti. & videtur q non tanq̄ apposita solutioni quātitatis in contrarium q sic in ver. j. ff. de ver. obli. glo. dicit q parere laudo cōsistit in facto tāq̄ apposita obligationi facti: ideo nō posset dici vsura. vt in hac glo. breuiter aut condēnatus venit contra laudum ipsum impugnando: & ista secunda pars est vera: quia parere ibi non impugnando est meri facti: si autem non impugnat. sed non soluit est maius dubium. q lz soluere consistat in facto. ar. in .l. cōsilio. §. fi. de cura. furio. tamen istud factum ordinatur ad dandum: q ex solutione transfertur dominium pecunie: & sic potius censetur datio q̄ factum. vt not. in d. l. cum

¶ Rato manente pacto. Adde quid importat ista clausula. vide tex. & doc. i. l. cū pponas. C. d transac. doc. in .l. stipulat[9] magna. ad fi. ff. de verb. obli. doc. in .l. ij. C. de iu. emphy. glo. & doc. in .c. fi. de loca. doc. i. c. iter. R. seniorē. de elec.

d.l.cum proponas.§.de dolo.⁊ in.l.naturalis.§.ꝙ si faciam.de prescrip.ver.⁊.l.qui res.§.qui rome.de verb.obli.verum etiam hic est cōtemptus arbitri:pōt dici ꝙ pena cōmittitur:⁊ debeat quia non est apposita mere solutioni quātitatis: sed in penam contemptus:q͞r interest arbitro⁊ ne contemnantur: ⁊ qd̄ eorū
6 sententijs pareatur:vt.l.si quis rem.ff.de arbi. ¶ † Itē opponitur de.l.si penam.ff.de ver.ob. vbi si promittis mihi mutuare sub pena quātūcūq͞ꝫ magna ⁊ non mutuas cōmittitur pena etiam vltra legitimū modum:⁊ sic non censetur vsura:⁊ tamen apponitur solutioni q̄titatis:⁊ etiam dationi: q͞r mutuum est cum fit de meo tuum ⁊ de tuo meum interuenit solutio vel numeratio.So.ista debet intelligi quando apponitur numerationi simplici: que fit vt perpetuo remaneat:ibi vero quando non simplici:q͞r non vt perpetuo remaneat:sed restituatur:⁊ sic potius dicitur factum q̄ datio cum veniat datio resoluēda vt in hac glo. ¶ Item oppo.de.l.si res.§.si stipulatus.de sol. vbi si pmittis mihi dare ⁊ titio cētū etiā sub pena maiori mihi dāda si non das cōmittitur pena etiam vltra legitimum modum vsurarum ⁊ sic non censetur vsura. Solu. hec quando promittis mihi dare sub pena seu restituere qd̄ accepisti.Secus quando alteri q̄ mihi:quia tunc non censetur vsura cum possit mea interesse ꝙ alteri soluas:vt si tenebar illi sub pena in quā incido si non soluis:vt in.l.liber homo.§.si.de verbo. obli. Et dicit Barto.in illo.§.qui stipulatus.ꝙ per ipsum datur materia feneratoribus extorquendi vsuras maiores q̄ debeantur quando stipulātur alteri q̄ sibi sortem soluendam sub pena soluendo sibi penam.Bald.reprobat dicens ꝙ non est aperienda materia cōmittendi dolum:⁊ dicit ꝙ si ille consueuit vsuras exercere ꝙ talis pena censetur loco vsurarum apposita: ⁊ sic nil de tali pena poterit peti:hodie secus si nō consueuit exercere: vel dic etiam si non consueuit:si apponatur in mutuo alteri restituendo censebitur vsura.arg.huius.l.⁊ quod.s̄.dixi ſm Ang. In alijs vero cōtractibus poterit tota pena exigi etiam si nō probetur interesse:q͞r cum in obligatione dandi pecuniam nō veniat interesse intrinsecum potest venire extrinsecum:vt.d.l.
7 liber homo.§.si.† Et predicta in contractibus: in vltimis autem voluntatibus pena apposita dationi non censetur apposita in fraudem vsurarum:et potest peti.l.j.§.item si ita. ad.l.fal. ⁊.l.j.de penu.lega. Quid autem si non sub nomine pene: s͞ʒ sub nomine vsurarum testator mandat heredi ꝙ soluat:al's teneatur quolibet mēse pro vsuris dare tantam quantitatem vltra sortem an valeat talis dispositio.vide per Bar.in.l.ij.ff.de his que pene nomine.⁊.l.iij.§.si.de adimē.le.⁊.l. tutor qui repertorium.circa fi.prin.ff.de admi.tu.

2 ☞ Usura nō solū pōt cōsistere in pecunia sed etiā in alia re. Quicquid accedit sorti dicitur vsura etiam si factum vel aliud emolumentum sit.

1 Cum non. ¶ † Si mutuatur pecunia: licet agatur vt restitutio fiat in frumento vel in alia quantitate mutuabili nō potest vsurarum excedere legitimum modum.hoc dicit. ¶ Cōtra quod oppo.de.l.oleo.j̄.eodem. Sol.text.hic voluit soluere: quia illa loquitur quando non mutuatur pecunia: sed frumentum vinum vel oleum:quorum estimatio potest variari:⁊ sic vsura potest excedere legitimum modum: vt ibi not. in glos. hic vero nō fuit mutuata pecunia:licet fuerit actum quod pro pecunia restituatur frumentum certo additamento: vnde mutuum nō
2 consistit in frumento: sed in pecunia. † Et sic not. quod vsura non solum potest consistere in pecunia:sed in alia re:vt.s̄. eo.l. proxima.⁊.l.si ea pactione.s̄.eo. Quicquid enim accedit sorti
a dicitur vsura[a] etiam si factum vel aliud emolumentum sit. ¶ In tex.ibi vt certa modiatio frumenti prestaretur: sc͞ʒ pro quantitate mutuata si mutuaui tibi quinquaginta hoc acto qd̄ vsq͞ʒ ad sex menses restituas mihi pro eis tot modia frumenti: et si non feceris soluas quolibet mense tantum pro vsuris: et illud excedit legitimum qui habetur.j̄.eo.l.eos.

2 ☞ Si mutuatur agricole pecunia quod non possit mutuans ab eo exigere pro vsura nisi vnam siliquam pro quolibet solido seu aureo:⁊ quid sit siliqua.
An istud habeat locum in alijs personis.et nu.3.
Qualiter puniatur creditor non restituens pignus vel exigēs plus hic dicitur.
3 An de iure canonico sint permisse vsure vsq͞ʒ ad modum istius autentice.
4 Juramentum de vsuris prestandis an valeat.
5 Usura nautica an sit permissa.

1 Ad hec. ¶ † Ista aut.limitat modum vsurarū sup mutuo: qd̄ fit agricole p aliū modum q̄ limitetur in mutuo quod fit alteri persone.j̄.eo.l.eos.⁊ hoc fauore agriculture in qua vertitur publica vtilitas sine qua viuere nō possent hoīes:⁊ statuit ꝙ si a mutuantur fructus aridi:vt frumentum ordeū siligines vel fabe non debeat creditor exigere pro vsuris vnius anni nisi octauam partem modij:et sumo hic modium pro tota sorte: vnde si mutuauit.viij.staria frumenti non potest in capite anni vltra dicta octo staria accipere nisi vnum:⁊ si mutuauit centum non poterit accipere nisi.xij.cum dimidio:que octauā faciunt partem de centum:nec hic distinguitur in qualitate condi.perso-
2 ne mutuantis:vt in.d.l. eos.† Si autē mutuatur pecunia pro quolibet solido.i.aureo nō potest exigere nisi vnam siliquam. Glos.in aut.sed hodie.s̄.de episco.et cle. dicit quod siliqua est
b quoddam genus monete[b] quod hodie non habemus. Itē punit creditorem plus exigentem vel non restituentem pignus si tantum percepit in actione sortis:q͞r cadit ab ea.⁊ sumitur hec aut.vt nullus credat agricole. ¶ Glo.mag.que hic est:format plures.q. ¶ Prima est an ista aut. que loquitur in mutuo qd̄ fit agricolis habeat locum in illo quod fit alijs personis: quidam dixerūt ꝙ sic.l.oleo.⁊.l.eos.j̄.eo.sunt correcte qui permit- c
3 tunt grauiores vsuras:plus videtur dixisse † Nico.mat.ꝙ etiā iure diuino vel canonico non obstante vsure vsq͞ʒ ad modum
c istius aut.sunt permisse[c] propter publicam vtilitatem propter quam.l.humana potest distinguere.l. diuinam: et permittere quod.l.diuina probet:vt.s̄.patet:vt liceat vnicuiq͞ʒ:vt patet dū dicit liceat vnicuiq͞ʒ se vindicare: et sic permittit homicidium publice vtilitatis occasione. Tamen quod.l. diuina prohibet iuxta illud non occides ⁊ in ore duorum vel triū constat omne verbum:et tamen.l.humana in testamentis in quibus magis timetur falsitas requirit.vij.testes:et multa alia exempla dari possunt:sed publice interest quod indigentes reperiant mutuantes:⁊ per hunc modum reperirent:q͞r saltem creditor habet aliquod solatium de pecunia sua que non stat sterilis sine quo non moueretur ex charitate ad mutuandum gratis.Breuiter ista opi.falsa est ⁊ reprobata per clemen. vnicam. de vsuris.que reprobat statuta quorundam locorum ista occasione facta quod liceat mutuare tātum pro centenario: ⁊ communiter facientes ⁊ nō remouentes de volumine statutorum: quia permittunt ⁊ fouent peccatum:ac si vsura non esset peccatum: sed si diceret statutum quod non licet capere pro vsuris vltra tantam quantitatem illud statutum non esset reprobatū : quia nō propterea permittit male fieri:sed limitat maleficium secūdū Bal. ¶ Secunda questio est presupposito quod dispositio huius aut.non habeat locum in mutuo quod fit alijs personis attenta dispositione iuris ciuilis.glo.ponit hic vnam bonam distinctionem que colligitur ex.ll.precedentibus ⁊ sequentibus: quam vide et signa et ad eam semper recurritur. ¶ Tertia et
d vltima questio est cum clarū sit de iure diuino:[d] quod vsure fue
e rint prohibite:⁊ de iure canonico[e] qd̄ illud limitat:de iure au
f tem ciuili[f] antiquo fuerunt permisse vsq͞ʒ ad certum modum:⁊ etiam de iure autenticorum erāt permisse anteq̄ fieret aut. de ecclesia.titu.que fuit de vltimis factis per iustinianum: an saltem per illam sint hodie prohibite:⁊ sic de iure ciuili: etiam cū e illa mandet ⁊ disponat seruari quatuor concilia facta in Grecia in quibus tota fides christiana fundat. Glos.tenet quod sic quia in concilio Niceno:quod fuit primum de illis prohibētur vsure:ergo ⁊ per illam aut.censentur prohibite.ar.in.l. asse toto.ff.de here.insti.de isto ar.tractatur in.l.j.§.de sum.tri.p glo.
4 et doct.allegat etiam glos.hic alias rationes: † et dicit non valere iuramentum de vsuris prestandis.Canoniste dicunt contrarium:quia potest seruari sine interitu salutis eterne: vnde nisi fuerit per episcopū remissum debet ipsum seruare ⁊ solue- f
5 re vsuras ⁊ postea repetere:vt in.c.debitores.de iureiur. † Dicit glos.q͞r etiam vsura nautica propter periculum quod subit creditor etiam est permissa per Justinianum:sed dic quod per ius canonicum est reprobata:vt in.c.nauiganti. extra de vsur. sic ista aut.est hodie correcta cum nō liceat hodie a rusticis aliquid exigere pro vsuris sicut non licet ab alijs multominus a rusticis etiam vnum minimum omnino gratuitū. Nec obstat ratio Nico.ma.quia.l.diuina in hoc non est generalis sed specialis vt vsure non possint exigi: vnde per.l.humani nō potest tolli aliqua ratione etiā.l. diuina ⁊ humana bene cogitauerūt necessitates hominū propter eas non permiserunt vsuras.

1 Indebitas. ¶ † Usure indebite omni iure si soluantur anteq̄ sors in eam computantur:⁊ si postea repetunt quocūq͞ʒ errore fuerunt solute.h.d.declara hec per.l.si non sortem.de condi. inde.ff.si autem non sunt indebite omni iure sed debite saltem naturaliter:dic vt.s̄.eodem.l.iij.

2 ☞ Qualiter debeat fieri oblatio totius sortis debite:⁊ penes quem vt liberetur quis ab obligatione sortis et vsurarum et quando sola oblatio sufficiat sine depositione.⁊ nu.3.⁊.10.

¶ Quicquid accedit sorti dicitur vsura. Adde in.l.j.et.ij.C. de pi.actio.et in.c.j. in fine.de vsu.

¶ Siliqua est quoddaʒ genus monete. adde in aut. de sanctissimis epi.i.§.sportularum.in glos. i verbo siliquis. doct.in.l.fruges. ff.de ver.sig.glo. in.§. huic etiam. xxvij.distin.

¶ Sunt permisse.adde in quib⁹ casibus vsura sit permissa de iure cano.vide p glo. summe.xiiij. qō. iij.Hosti.in sum. titu.de vsu.in.§. an aliquo casu. Joan. de ana.in c.j.in fin.de vsu. ab.in.c. conquestus.eo.ti. Abb. in.c.post miserabilē.eo.tit. Bar. in.l.at q natura. in.§. non tamen sortem.ff. de ne. gest.Bal.⁊ Joā. de imo.i.l.diuortio.ff.sol. matri. Bart.cōsi.incip. Fran. vxorē quā dā nomine Thomasinam.

¶ De iure diuino. adde.c.quoniā multa.xlvij. di.c. quoniā multi.xiiij.q.iiij.originaliter. Exo. xxij.⁊.xxviij.eze. xviij.⁊ Luce.vj.

¶ Et de iure canonico. addō tex. in.c. quia in omnibus. de vsur. et in.c. super.eo. titu.et in.c. quoniaʒ multi.xlvij. di.s.Tho.ij.ij.q. lxxvi.at.lxxviij.

¶ De iure autē ciuili. adde aut. de eccle. titu. in princi.glos.et in c.quid dicā.xiiij. q.iiij.⁊ glos.in.c. j.de vsu.libro.vj. Joan.de imo.in cle.j.eo.tit. Joā. andre. in regula pctī.d re.iur.li. vj. i mercu.abb. in.c.cuʒ sit generale.de fo.cōpe. Car.Alex.i.c.licet.x.di.Ang.cōsi.cc.xix.inci.arbitror dictam litē in.v.col.idē ang. cōsi.cclxvij.inci. qm̄ dictum pri-

uilegiũ. Lud. ro. cõsilio. cccccvij. incip. i casu proposite consultationis. Pet. de anch. cõsi. xxviij. inci. in. q. que vertitur. Car. zaba. consilio. lxxviij. icip. amice ⁊ maior charissime.

3 Differentia inter tale depositum ⁊ sequestrum.
Si tale depositũ factũ fuit cũ autoritate iudicis depositarius non posset postea restituere deponenti sine eiusdem iudicis autoritate. et nu. 5.
4 Si post oblationem ⁊ depositionem de qua hic pecunia perdatur qualiter liberetur debitor ⁊ an ope exceptionis ⁊ quid si sola oblatio facta fuit. ⁊ nu. 9.
5 Facta depositione de qua hic si creditor penitentia ductus valet habere pecuniam oblatam ⁊ depositam qualiter agere debeat contra depositarium: non autem contra debitorem qui liberatus est nisi debitor eam receperit.
6 Depositarius qui recepit tale depositum sine iudicis autoritate si creditori denuntiauit qualiter habet tantam pecuniam ad sui petitionem ⁊ creditor non recusauit nõ debet postea restituere deponenti sine creditoris voluntate.
7 An depositũ de quo hic procedat in re animata vt in equo vel boue: ⁊ an oblatio tunc operetur. ⁊ nu. 10.
8 Quid in re immobili. ⁊ nu. 10.
Quid in rebus mobilibus inanimatis ⁊ an depositarius possit eis vti. nu. 11.
9 Ad hoc vt debitor quantitatis soluendo liberetur: an requiratur ꝙ dominium pecunie transferat in creditorem.
10 Quid operetur oblatio cum quis portat rem secum quam offert: item consignatio. ⁊ nu. 12.
Quid operetur verbalis ⁊ non realis oblatio non tamen offerens habet rem secum.
11 Si video forensem transeũtem in ciuitate cum equo meo possum implorare iudicis officium quod satisdet vel deponat et consignet equum vt hic.
12 Si est talis res que non potest deponi ⁊ cõsignari an sola oblatio tantum operetur quantum consignatio ⁊ depositio.
13 Quid operetur sola depositio ⁊ consignatio sine oblatione.
14 Quid operetur sola oblatio realis sine consignatione ⁊ depositione.
15 An sola oblatio realis impediat cursuz vsurarum que iam inceperant currere.
An liberet debitorem ab obligatione personali statim et anteꝙ res intereat.
16 Quando ⁊ quare transferat periculum in creditorem.

1 Acceptam. ¶ † Oblatio depositio ⁊ cõsignatio totius debiti legitime facta tollit cursum vsurarum que iam inceperant currere: itẽ liberat debitorẽ et pignora: ⁊ trãsfert in ipsum periculũ pecunie deposite ⁊ creditori datur actio contra depositarium nisi deponens eam receperit: quia tunc agere poterit cõtra eundem debitorẽ. hoc dicit. Et dicit Bar. quod est. l. solennis ⁊ masculini generis non verba quasi dicat: vna maschia lege in vulgari. i. magne vtilitatis ⁊ substantie in sua materia ⁊ semper ad eam recurritur propterea que habentur in vltima glos. quia melius in ea tractatur ꝙ hic. s. de effectu oblationis debiti. Item depositio vel consignatio quando omnia concurrunt vel alterum tantum sit: nam plures oriuntur effectus: ⁊ quid iuris quando quis offert se paratum soluere vel tradere non tamẽ habet rem in manibus ⁊ sic est oblatio verbalis de qua glos. non sequitur sed doctores tangunt quia non dicitur proprie oblatio de qua loquitur ista. l. ⁊ etiam glo. in illa: vnde non solum requirunt verba: sʒ etiam factum. ⁊ primo prouidet debitori vsqꝫ quasi in fi. ibi creditori. secũdo prouidet creditori die. xxiij. Julij. M. cccc. xxxix. ⁊ tũc comes Frãciscus transiuit per montes Verone inuitis gentibus ducis Mediolani ad succursum ⁊ auxilium ciuitatum trium obsessarum. s. Verone Brixie ⁊ Pergami: que quidem in malis stabant terminis. ¶ † In tex. ibi post testationem offer. i. in presentia testium vt sic possis probare si ille negaret oblationem factam fuisse: sit autem hec oblatio non solo verbo offerendo se paratum soluere: sed rebus ipsis ⁊ factis quia debet habere pecuniam in manibus ⁊ eam numerare in presentia testium vt possit aduersarium cõuincere: si enim non numeraret vix posset aduersarius recusare recipere: quia forte non esset tota nec ipse cogitur recipere partem vt patet supra dum dicit sortem cum vsuris etiam si deficeret in vno nũmo: vt. j. de distra. pig. l. ꝙdiu. et quod non sufficit aliter offerre sine numeratione in marsupio vel sole. no. in. c. cum seruus. de condi. ⁊ de. ⁊ si quidẽ suscipiat eam clarum est quod liberatur ab obligatione sortis et vsurarum si non suscipiat consignet ⁊ deponat vt sequitur ⁊ eodem modo liberabitur ipso iure secũdũ verã opi. ab obligatione: licet hoc non dicatur hic: sed solum quod impeditur cursus vsurarum. ¶ † In text. ibi sacratissimas edes. s. penes custodes rerum ecclesiasticarum. i. rectores earum ⁊ si hoc faciat debitor non erit opus autoritate iudicis si obligatio fuit facta extra iudicium: quia secutus fuit consilium huius. l. Si autem vellet deponere penes aliuz vel si oblatio fit coram iudice quo casu sola oblatio sufficit si tamen ex abundanti velit deponere requiritur autoritas iudicis vt eligat depositarium. Et nota quod illud est proprie depositum non sequestrum: quia sequestrũ est de re litigiosa: sʒ ista pecunia nõ est litigiosa. Itẽ sequestrum fit de voluntate vtriusqꝫ litigantis: sed illud depositum fit de voluntate debitoris tantum tamen omne sequestrum est depositum non econuerso et sic differunt vt genus et species ⁊ que sint alie differentie: dic vt in. l. licet. ff. deposi. Et aduerte si fuisset factum autoritate iudicis depositarius non posset postea restituere deponẽti sine eiusdem iudicis autoritate. ar. j. de nuptijs. l. si proponis. ⁊ de diuor. contra si filij. vbi in dissoluendo matrimonio requiritur consensus patris sicut in contrahẽdo: ⁊ si cõtrarium faceret: non liberaretur a creditore: sed si nõ interuenit autoritas iudicis liberaretur restituendo deponenti ita debet intelligi quod habetur hic in fi. dum dicit nisi forte
4 eas receperit iũcta. l. bonefidei. ff. depositi. ¶ † In tex. ibi etiã periculo: nam cum esset debitor ꝗtitatis etiam si totam partẽ quam habet perderet non liberaretur: vt in. l. incendium. §. si cer. pet. sed nunc post oblationem consigna. ⁊ depositionem cũ sit iam liberatus etiam pecunia adhuc non perdita si postea perdatur perit periculo creditoris: sʒ si sola oblatio facta fuisset: ⁊ tũc anteꝙ perdaẽ pecunia nõ est liberatus sʒ secuta perditione liberatur ope excep. nisi culpa eius perderet: vt in. l. g decem. de sol. intellige etiam leuissime ex quo tenebatur de casu. Sed si erat debitor speciei ⁊ sic nõ tenebatur de casu liberatur ipso iure nisi interuenit eis culpa leuis non leuissima quia aliquid habet operari oblatio vt quando tenetur de casu liberetur de casu ⁊ faciat offerentem teneri de culpa leuissima liberet ab ea ⁊ faciat eum teneri de leui. si autem tenebatur de leui tantum liberet ab illa ⁊ faciat eum teneri de lata vt hec habentur in. l. si moram. sol. matri. per Bart. et etiam hic aliqualiter tangitur. ¶ In tex. ibi et ius pignorum tollitur et sic nascitur pignoratitia si tradiderat pig. vt in. l. si rem. §. fin. de pig. act. si nõ tradiderat faciat vt contra creditorem volentem agere seruiana ⁊c. seu hypothecaria possit obijci exceptio. et hoc est qd sequitur cum seruiana ⁊c. etiã si dumtaxat obtulisset extra iudicium: sed pignoratitia nõ nasceretur ex illa oblatione extra iudiciali: sed dũtaxat ex iudiciali. d. l. si rem. §. fi. ¶ In text. ibi in traiectitijs in quibus currunt vsure centesime vnde magis erat dubium an per oblationem ⁊ cõsignationem ⁊ depositionem impediretur cursus tam magnarum vsurarum sicut impeditur cursus minorum: vt in princi. et respondetur quod sic.
5 Et quod etiam que dicta sunt supra locũ habeãt. ¶ † In tex. ibi creditori. s. quia a principio recusauit recipere ⁊ nunc penitentia ductus vellet habere pecuniã: certe nõ debet agere contra debitorem qui liberatus est: sed contra depositarium vtili actione depositi ⁊ si ipse deposuisset cum debitor deposuerit ad vtilitatem creditoris vt possit eam habere quandocũqꝫ voluerit: ⁊ ideo vtili nõ directa: quia iste vere non deposuit: videtur etiam quod agere possit vtili rei vendi. quia ex quo nunc ratificat depositum dominium pecunie in ipsum transfertur. l. si eo. cum ibi not. ff. de neg. gest. ⁊ hoc est quod dicitur in fi. vel ipsas competentes pecunias. Nam actio depositi que est personalis datur contra depositarium: rei vendicatio datur in ipsas pecunias potius ꝙ in depositarium: quia peti declarari illas ad se pertinere ⁊ depositarium condemnari officio iudicis ad restituendum. Hec vera si pecunia est apud eum depositarium: sed si non restituit deponenti non debet agere contra ipsuz: sʒ cõtra debitorem qui eam recuperauit: ⁊ hoc est quod sequitur nisi eam recipit: quem tex. no. Nam innuit quod depositarius non debet impune restituere deponenti et non teneat creditori qd intellige: vt dixi. s. quando sine autoritate iudicis recepit a solo deponente sed si cum iudicis autoritate nõ debet restituere sine eiusdem iudicis autoritate al's non liberaretur.
6 Adde † quod etiam quando sine iudicis autoritate si creditori denuntiauit qualiter habet tãtam pecuniam ad sui petitionẽ ⁊ creditor non recusauit non debet postea restituere deponenti sine creditoris volũtate maxime si acceptauit ⁊ denuntiauit sibi vt nõ restitueret per. l. iij. de noua. ⁊ quod no. in addi. Spe. titu. de deposito. eo igitur casu quo liberatus est restituendo deponenti debet creditor agere contra ipsum debitorem qui deposuit ⁊ recepit. hoc est bene mirabile: quia cum per depositionem fuerit liberatus non deberet reincidere in obligationem cum actio semel extincta nõ reuiuiscat. vt de so. l. qui res. §. aream. ff. Glos. super verbo recipit: dubitat de hoc. Sed dic quod fingitur vere liberatur ⁊ hec fictio non facit vt resuscitetur eadem actio directa sed vtilis. Vel dic quod etiam directa non sit illa eadem: sed alia simul a. l. instituta. vt. ff. de iure fisci.

L. deferri.

7 l.deferri.cum.l.sequēti que incipit:sed reuocata. ¶ †Pro declaratione.j.oppo.quod imperator non dedit perfectum consilium debitori quod consignet ⁊ deponat quando creditor non vult recipere quod obtulit:⁊ potest esse debitor talis rei q̄ non potest deponi nec cōsignari:vt si erat res animata puta equus vel bos:tales enim res bene possunt offerri materialiter: sed consignari:et deponi non:quia tunc non possunt postea tangi et sic perirent fame vt probatur in aut. dos data. allegata in glo.So.fateor quod consilium imperatoris procedit in eo qui est debitor rei mobilis inanimate puta pecunie vel alteriꝰ rei mutabilis nō autem in eo qui esset debitor rei animate in quo sola oblatio cadit. ¶ Sed tunc queritur an talis oblatio tātū operetur postq̄ non potest fieri depositio ⁊ consignatio q̄tum si illa duo interuenissent. Respondetur quod nō:nam si interuenissent statim esset liberatus anteq̄ res periret.Sed nūc nō est statim liberatus:sed demum re perempta:⁊ tūc si erat debitor generis vel quātitatis liberatur ope exceptionis. Si vero speciei liberatur ipso iure quod tamen declara: vt.s. dixi si nō
8 interuenit aliqua culpa eius: al's dic vt.s. ¶ †Sed quid si erat res immobilis certe in illa nō cadit etiam oblatio realis: quia non potest portari in manibus sicut res mobilis sed dumtaxat tradi vbi est solū:ergo cadit oblatio verbalis ⁊ illa multominus liberat incōtinenti:sed si postea casu ante periret liberaret ipso iure. ¶ In gl.sequenti ibi hoc ideo: quia totum debitum debet offerre ⁊c.Sed contra quia quando non sunt debita diuersa potest quis offerre vnum sine altero:⁊ tenetur creditor recipere al's constituitur in mora:vt no.in.§.lucius. allegato in gl.⁊.l.si.seu pe.ff.qui.mo.pig.vel hypo.sol.sed hic erant diuerse.s.debitum sortis ⁊ vsurarum quod patet: quia diuerse sunt obligationes:vna contrahitur re vt sortis: altera verbis vt vsurarum:vt.s.eodem.l.iij. So.contrarium procedit quando essent diuersa debita eque principalia: sed quādo vnum est principale:alterum accessorium reputantur esse vnum: ⁊ idem debitum vt nō possit vnum sine altero offerre nec tenetur creditor recipere:patet hoc in tex.coniuncta glo.nisi in tribus ca-
9 sibus:duos hic enumerat glos. ¶ † In glos.que incipit.Quid iuris ibi. Nec obstat pro declaratione huius particule oppo. contra id quod dixit glos.in princip. quod liberatur ipso iure per talem oblationem consignationem ⁊ depositionem non videtur quod non liberetur ipo iure:nam ad hoc vt debitor quātitatis soluēdo liberetur requiritur quod dominium pecunie transferat in creditorem:vt patet in.l.ex empto. post princi.ff. de act.emp.vbi emptor non liberatur soluendo pretiū nisi dominium transferat in vēditorem:quia tenetur ad q̄titatem:licet venditor liberetur rem tradendo licet non transfert dominium:quia tenetur ad speciem tradendam non dandam:sed p istam oblationem cōsignationem et depositionem debitor nō transfert dominium in creditorē:quod patet:quia creditor recusando recipere non consentit acquisitioni dominij: ergo ⁊c. vt not.in.l.si ego.ff.de neg.gest.⁊ si non transfertur in eum non recedit a debitore:quia non potest stare in aere:vt ibi no. vnde dicimus quod nūq̄ abdicatur nisi adducetur: licet secus sit in possessione quam potest quis perdere:licet alteri non acquiratur si non recedit ab ea:ergo non debet liberari. glos. vult respondere quod ista consequētia nō est bona: quia est dare plures casus in quibus id quod soluit non abdicatur a soluente:⁊ tamē liberatio contingit:pone tria exempla vnum in herede cedente nomen debitoris legatario:nam liberatur act.ex testamento ⁊ directa actio non abdicatur ab eo que non potest ab ossibus separari:vt in.ll.allegatis.in glos. istud exemplum fatis procedit.Aliud est in muliere que aliquā rem in dotē promisit:nam illam tradendo liberatur ⁊ tamen dominium ab ea nō recedit secundum gl.dic q̄ imo recedit quia maritus efficitur dominus:vt in.l.doce ancillam.C de rei vē. ergo necesse recessit ab ea:al's essent duo domini insolidum quod esse non potest:vt.l.si vt certo.§.si duobus vehiculis.⁊ hoc veritate attēta. Sed attēta fictione potest dici quod remanserit domina:vt in l.in rebus.j.de iure dotium.Tertium exemplum ponit glo.in debitore qui soluit procuratori creditoris reuocatio ignorans reuocationem:quia liberatur ipso iure ⁊ dominium tamen pecunie non transfertur in creditorem:vt in.l.cum quis.§.si debitorem.ff.de so.Tu dic quod imo transfertur: si procurator predictus bona fide recepit ⁊ animo tradendi domino: quia tunc fingitur mandatum nō fuisse reuocatum fauore liberationis. Sed si recepit mala fide ⁊ animo sibi retinendi fateor quod nō transfertur in creditorem s3 nec debitor liberatur ipso iure:licet ope exceptionis:⁊ in precedēti casu si postea procurator mutaret propositum ⁊ sibi appropriaret cōmittit furtum ipsi creditori in quē dn̄ium est translatū.secundo casu cōmittit furtū ipi debitori soluēti a quo dominiū nō fuit abdicatū postq̄ non fuit acquisitum creditori s3 nec ipsi procuratori reuocato: q2 hoc non intendebat soluere.Alij vero dicūt timore predicto quandoq3 per oblationem consignationem ⁊ depositionem non cōtingit liberatio ipso iure:sed ope exceptionis.Prima pars cōmuniter tenetur: vt not. in.d.l.obsignatione fauore liberatio-
10 nis. ¶ † In ea.glo.ibi item hoc verum.s. quod per oblationē consignationem ⁊ depositionem impediatur cursus vsurarum que inceperunt currere ⁊ q̄ non sufficiat sola oblatio:siue vsure per stipulationem siue per officium iudicis debeantur vt in bonefidei..Jo.distinguit q̄ tunc quando per officium iudicis sufficit sola oblatio.glo.reprobat tu tene opinionem Jo.quia per officium iudicis in act.bone fidei non possunt deberi vsure nisi propter morā:vt in.l.moram.§.in bonefidei.ff.e. sed sola oblatio facit vt quis amplius non sit in mora: vt in.l. illud. de peri.et commo.rei vendite.ergo facit vt amplius non currant vsure:vt in.l.lecta.§.sed cum sortis.si cer.peta. ⁊ ita dixi in.l. ex predijs.s.de predijs.s.eo.⁊ reperio Bal. hoc hic tenere:s3 quādo debentur ex stipulatione possunt deberi etiam sine mora:⁊ tunc est vera opinio glo.q̄ sola oblatio nō impedit cursū3 vsurarum inceptarum sed requiritur consignatio et depositio vt hic:sed bene impedit ne incipiant currere:vt.s.eo.l. si cōstat.s3 si deberentur ratione more etiam tunc putarem per solā oblationem impediri cursum vsurarum inceptarum cum sit eade3 ratione vt dixi in.l.ex predijs.⁊ hoc videtur esse de mēte Bal. quod placet:quia video q̄ non male cogitauit:licet alij docto. non tangunt. ¶ Glos.fina.recolligendo examinat tres casus. Primus est quid operetur oblatio supple realis que est cum quis portat rem secum quam offert. Item consignatio ⁊ depositio. Secundus est quid operetur sola consignatio et depositio sine oblatione.Tertius ecōuerso quid operetur sola oblatio sine consignatione ⁊ depositione:adde quartum casum quē glos.non tangit quid operetur verbalis ⁊ nō realis oblatio vt cum quis offert se paratum soluere non tamen habet rē in manibus nec secum.Debes autem scire pro declaratione glo. qđ sunt quedam in quibus non cadit realis oblatio : sed dumtaxat verbalis vt sunt res immobiles que non possunt solui nisi vbi sunt:⁊ in istis talis oblatio verbalis tātum operatur quātum realis ad tollendam moram ⁊ constituendum aduersariū in mora : et quantum ad effectum omnes prosunt dummodo qui dicit possit implere: quia habet facultatem rei tradende: al's erit nugatoria ⁊ non releuaret offerentem. Quedam vero sunt que possunt realiter offerri nō tamen consignari nec deponi vt sunt res animate vt ceruus bos vel equus quos quis potest secum ducere et sic realiter offerre nō tamen deponere et consignare taliter quod non tangantur:prout est de natura depositi:vt in.l.si sacculum.ff. depositi. quia morerentur: bene tamen possunt deponi cum hoc quod tangantur vt patet in se-
11 questro quod fit de re mobili.† Si video forensem in ciuitate transeuntem cum equo meo: nam possum implorare iudicis officium quod satisdet vt possit stare mecum in isto loco vel qđ equus deponatur et consignetur penes quendam.l. fideiussor. §.fi.ff.qui satisda.cog.⁊ ibi no. Quedam vero sunt que possunt realiter offerri ⁊ etiam cōsignari ⁊ deponi taliter q̄ nō tāganꝰ per depositarium vt res mobiles inanimate vt pecunia vel liber.dico non tangantur q̄tum ad vsum: quia depositarius nō debet vti sed bene potest tangere transportando de loco ad locum. In istis ergo que possunt realiter offerri oblatio realis dumtaxat nil operatur etiam q̄tum ad purgandam moram ⁊ imputet sibi quare secum non portauit vt etiam realiter offerret:vt no.in.l.pretor.§.si qui paratus.ff.de ope.no. nun. Dicit tamen Bar.q̄ talis oblatio verbalis:licet non purget moram habet quendam effectum:quia si fiat creditori volenti pignus vendere:quia debitum sibi non soluit facit vt si venditio postea fiat rescindi possit soluendo vel offerendo postea realiter p l.si residuum.j.de distra.pignorum.⁊ per.l. fundus qui lucij titij.ff.de rescin.vendi.⁊ in istis glo.videntur hoc dicere qđ esset singulare si foret verum.sed Bal.secundū Oldra. dicit cōtrariū q̄ in illa.l.si fundus.nō fuit facta rescissio propter illam solam oblationem verbalem sed q2 non fuerit seruata solēnitas requisita in vēditione:vel q2 fuit vēdita minus iusto pretio.l.si aūt sit residuum dicit esse sane intelligendum quando interuenit oblatio realis:si enim sola verbalis non purgat moram nō debet etiam effectum more tollere qui est vt creditor rē pignoratam possit vendere:et si potest venditio non debet tractari vel decipere emptorem autoritate.l.et illa opinio securior est.
12 ¶ † Quantum ergo ad primum casum glos. dicit quod oblatio realis consignatio et depositio in illis rebus in quibus ista tria cadūt habet vim vere solutionis ⁊ sic liberat ipo iure secūdum veram opinionem:licet quidam dicunt per excep.⁊ tollit oēm obligationē realem ⁊ etia3 personalē ac si esset facta vera

solutio:vt in.l.obsignatio.j.de sol. etiam anteq̄ res oblata intereat. Hoc verū ⁊ ita limita glo. si fuit facta pure ⁊ simpliciter ita quod in libero arbitrio creditoris erat eam oblatā recipere:prout hic dicitur in fi.q̄ sibi datur vtilis actio contra depositarium q̄q̄ depositum suo nomine factum fuerit: facit.l. publia.in princi.ff.depositi. Si vero facta fuit sub conditione etiā intrinseca vt si emptor deponat pretium cum hoc qđ venditor tradat rem ⁊ aliter sibi non soluatur talis depositio ⁊ cōsignatio non liberat quia non est in libero arbitrio creditoris recipere:ita no. Bar.in.l.si soluturus.in fi.ff.de solu.⁊ ibi vide quedam dicta sua in hac materia satis bona. ¶ Et quid si est talis res que non potest deponi et consignari an sola oblatio tantū operetur quantum consignatio ⁊ depositio in his quibus cadunt ista. Bart.hic videtur sentire q̄ sic per aut.dos data.j.de do.ante nup.mihi videtur oppositum:quia non operatur liberationem nisi secuto interitu:casus est in.l.qui decē.§.plane.ff. de solu. vbi loquitur in seruo oblato: ⁊ tamen ibi dicitur liberationem debitori contingere ipso perempto ⁊ non prius. Nec ob.quod supra dixi de rebus immobilibus in quibus non cadit realis oblatio q̄ sufficiat verbalis que fieri potest:ita deberet hic sufficere realis sola oblatio postq̄ non potest fieri consignatio ⁊ depositio:quia nos loquimur quantum ad diuersos effectus:nam illa verbalis sufficit ad purgādam morā postq̄ non potest interuenire realis:sed ista realis non sufficit ad liberandum:licet non possit interuenire depositio et consignatio nisi secuto interitu:quia hec est maioris effectus videtur tamen q̄ sufficiat ad liberationem pignoris sicut oblatio que fit

13 in iudicio:vt.l.si rem.§.fi.de pig.act. ¶ † Quantum ad secūdū articulum glos. tenet q̄ sola depositio ⁊ consignatio sine oblatione reali nil operetur per.l.ij.§.eo.nisi in casu quando creditor aberat:⁊ sic non erat cui posset offerre:sed tunc dic q̄ debet adire iudicem ⁊ ibi protestari q̄ est paratus soluere si est q velit ⁊ possit recipere:vt.§.eo.si creditrici.in fi.⁊ expressius in.l.fi. ff.de lege commissso.talis namq̄ protestatio habet vim realis oblationis:facit.l.ij.ff.de nau.feno.⁊.l.pupillo.§.si quis ipsi pretori.ff.de no.oper.nū.⁊ sine ipso non sufficeret debitori propria autoritate facere depositū:licet creditor abesset nec propterea purgaret moram:⁊ sic debet intelligi.l.pecuniam.in fi.⁊.l. cum quidam.§. si pupillo.ff. de vsur. ⁊ si non potest habere copiam iudicis deberet istam protestationē facere coram honestis personis ⁊ rogare notarium vt de his qui per metum iudicis non

14 ap.l.fi.cum similibus:vt no.in.§.si quis ipsi pretori. ¶ † Circa tertiū articulū de sola oblatione reali sine consignatione ⁊ depositione sciendum est quod illa purgat moram si offerēs per prius erat in mora et constituit creditorem in mora: quia vltima mora nocet:vt.l.illud.de peri.⁊ cōmo.rei vē.iuncta.l.si seruum.§.sequitur.de ver.obli. Et ex hoc sequuntur quatuor effectus quos glos.tangit. Primus est:quia impedit cursum vsurarum[a] que nondum inceperunt currere: vt.§.eodē.l. si cōstat. al's incipit si per te.⁊ hoc est clarum. Secundus quia impedit committi penam que veniret committenda ratione more: nō tamen adhuc erat commissa:vt in.l.celsus.in fi.ff.de arb. Contra illud facit.l.ij.in fi.j.de iure emph. vbi ad impediendum cōmitti penam commissam requiritur consignatio et depositio: et non sufficit sola oblatio. Sed solue vt ibi no.per glo. et Cy. Tertius effectus est:quia trāsfert periculum interitus in creditorem. Quartus est quia liberat pignus vt faciat competere exceptionem contra creditorem hypothecaria agentem: vt hic in ver.cum seruiana etiam actio.non intelligas vt faciat cō pignorationem si pignora erant tradita:nam q̄tum ad pariendum actionem non sufficeret oblatio extraiudicialis: sed requiritur qđ fieret in iudicio:vt.l.si rē.§.fi.de pig.act. facilius enim

15 acquiritur exceptio q̄ actio. ¶ † Nunc circa predicta quatuor queritur de tribus. Primo an sola oblatio realis impediat cursum vsurarum que iam inceperant currere. Gl. tenet q̄ nō argu.hic a contrario sensu vbi requirit consignationem ⁊ depositionem:tu dic q̄ dixi in precedenti glos. super verbo inhibeant.in fi.⁊ in.l.ex predijs.§.eo. ¶ Secundo requiritur an liberet debitorem ab obligatione personali statim et anteq̄ res intereat:tenet glos.q̄ sic in duobus casibus specialibus: al's secus q̄ non nisi post interitum:vt in glo.j.huius.l.⁊ in.l. qui decem.de solu.⁊ sic non tantum valeat sola oblatio q̄tum consignatio ⁊ depositio. Docto.dicūt quod etiam illis duobus casibus quos glo.dicit esse speciales non cōtingit liberatio nisi secuto interitu:hoc verum in extraiudiciali: al's secus per dictā l.si rem.§.fi.vbi precedit pignorationem:ergo pignus est liberatum ⁊ eodem modo debitor videtur liberatus ab obligatione personali. Bar. vero in.l.si debitor.de solu. tenet contrariū quia sequeretur quod post oblationem factam in iudicio si debitor esset liberatus creditor non posset ipsum conuenire sicut nec quando consignauit ⁊ deposuit:vt in fin. huius.l. sed certe etiam quando consignauit ⁊ deposuit potest eum conuenire si depositum rehabuit:vt hic in fi.patet:tene dictum Barto. qđ nō est liberatus ab obligatione personali postq̄ rem quā obtulit retinuit penes se.vt hic in fi.sed bene est liberatū pignus ipso iure vt sic possit ipsū repetere per pignoratitiam:pactū enim quod indiget pignore vnde interest sua ipsum recuperare:licet remaneat debitor ⁊ imputet sibi creditor cum non recepit:⁊ si pignus non erat traditum per talem oblationem factā in iudicio non solum paratur exceptio iuris:sed etiam facti et intentionis agere volentis hypothecaria:licet quando esset facta extra iudicium non esset liberatum pignus ipso iure quod possit agi pignoratitia: sed ope exceptionis opponis contra

16 volentem agere hypothecaria:vt.§.dixi. ¶ † Tertio ⁊ vltimo querit glos.q̄ sola oblatio realis transfert periculum in creditorem:⁊ tamen non liberat ab vsuris que inceperunt currere:⁊ dicit quod ratio est:quia tūc verum est q̄ liberat a periculo q̄n erat talis res que non poterat consignari ⁊ deponi:al's non liberaret nisi interuenerit consignatio ⁊ depositio: ita etiam recitat Cy.illam gl.hoc est expresse cōtra.l.qui decem.in prin. de solu.vbi etiam in pecunia que potest consignari ⁊ deponi sola oblatio realis liberat a periculo secuto interitu non ipso iure: ʒ ope excep. Dic ergo qđ sicut secuto interitu liberat ab obligatione saltem ope excep.ita ⁊ liberaret a cursu vsurarum etiā que inceperunt currere ⁊ etiam si nō propter moram currebāt quod enim hic ⁊ in pluribus locis dicit glos. solam oblationē non sufficere ad impediendum cursum vsurarum que inceperāt currere debet intelligi nō secuto interitu rei oblate: q₂ tūc non est liberatus debitor ab obligatione personali ipso iure nec ope excep.ideo durat stipulatio vsurarum:sed secuto interitu:quia liberatus est saltem ope excep. cessare debet cursus vsurarum que non debent currere pro eo quod non debetur et ista est clara ⁊ optima responsio:⁊ ita etiam sentit Cy.⁊ ita procedant in oblatione consignatione ⁊ depositione que fiunt per debitorem ad finem liberationis consequende ⁊ more purgande:sed interdum fit per creditorem ad finem acquirende actionis:⁊ tunc dicit Barto.quod aut loquitur in contractib⁹⁊ non sufficit sola oblatio:sed requiritur consignatio ⁊ depositio:sed in vltimis volūtatibus sic:vt.l.cui fundus.de condi.et demon. circa hoc vide quod ipse melius not.in.l.mulier.§.j.vel.ij.ff. de condi.insti.⁊ Bald.hic reprehendit Barto. in primo dicto dicens quod etiā in contractibus sufficeret sola oblatio nisi quādo ageretur de rescissione contractus. Et ita dicit Bal. debere intelligi illam.l.si a te.al's sufficeret sola oblatio. vide hic p Bal.de pluribus alijs questionibus circa materiam huius.l. tamen ipse non declarat materiam huius glos. sicut declaraui nec ita explicat materiam.

2 ¶ Debitor qui promiserat vsuras si dedit etiam fideiussorem:et fideiussor interpellatur a creditore et soluit sibi vsuras an possit eas repetere a debitore:et an debitor postea a creditore. et nume.4.

An possit eas repetere a creditore.

3 Quid si eas soluit ex interuallo necessitate non cogente.

Quid si promisit eas soluere cum iuramento et non impetrauit absolutionem ab episcopo et facile erat sibi eam impetrare.

4 Quid si erat talis persona cui fuisset dedecus venire cōtra promissionem suam.

1 Constitutionibus. † Exceptio cōpetēs debitori competit etiam fideiussori et mandatori.con-

2 cor.l.mandatori.de non nu.pecu.hoc dicit.Cy. † tangit hic.q.quotidianam si debitor qui promiserat vsuras dedit

b etiam fideiussorem[b] ⁊ fideiussor interpellatur a creditore soluit sibi vsuras an possit eas repetere a debitore: videtur quod nō quia ille erant indebite vtroq̄ iure ⁊ sic non tenebatur nec poterat cogi soluere:imputet ergo sibi cur soluit:vt.l.si fideiussor. ff.man.in contrarium videtur casus in.l.quintus.eo.tit. q₂ potuit parcere honori suo in preiudicium debitoris postq̄ ad sui instantiam promisit vsuras quasi esset sibi deterius recusare:ʒ illa.l.quintus.loquitur quando vsure erant debite saltem naturaliter:quia promisse per pactum attenta dispositione iuris ciuilis antiqui:sed hodie tam de iure ciuili nouissimo q̄ de iure canonico nullo iure sunt debite quia a.l. prohibite.l. si nō sortem.de condi.indeb.glos.iuris cano.in.c.peruenit. extra de fideiuss.dicit quod si iurauit soluendo repetit a debitore: quia propter iuramentum erat obligatus ad soluēdum: vt in.c. debitores.de iureiur.sed si nō debuit soluere ad sui preiudicium nec etiam a creditore cui videtur donasse scienter soluendo Bal.dicit quod imo creditore per condi. inde. quia non videtur donasse

a ¶ Cursuʒ vsurarū. Adde q̄ etiā cōpēsatio que fit ipso iure a lege impedit confessionem penes: ⁊ cursum vsurarum:vt in.l.si cōstat.§.de compē. Et de primo per Barto.⁊ doct.in l.iulianus.ff. de condi.et demon. Et per Alex.de imo.de vtroq̄ in consi.lxxiiij. col. ij.ver. Sed premissis in.v.volu. Fran. Cur.

b ¶ Dedit etiam fideiussorem.adde tex.iuncta gl. in.l. quero.ff. loca.Bar.in.l.centum dari capue. ff.de eo qđ certo loco. in no. abb. in.c.j.de vsu.

tur donasse licet scienter soluerit et nulla necessitate cogente quia in vsurario ab ipso principio inest pactū τ dicitur extor-
3 quere τ recipere:tene menti.† Alij vero dicunt qđ si ex inter-
uallo non necessitate cogente soluit non repetit per illam gl. de illa questione vide in regula pactum.de re.iur.in mercuria libus.Item dico quod etiam quādo fideiussor promisit cum iuramento soluere vsuras nō excusatur si facile sibi fuit impetrare absolutionē ab episcopo quod potuit de iure canonico vt in.c.j.extra de iureiurā.cum ibi not.per.l.iij.§.quid ergo.ff.
4 de contrario iud.tute.† Secus si nō fuit sibi facile:nec in.l.ij.
§.tractari.ff.ad tertul.τ argu.in.l.si procurator.§.si ignorātes ff.man.et eodem modo non esse sibi impediendum si nō petijt absolutionem si esset talis persona cui fuisset dedecus venire contra promissionem suam.puta magnus τ fidelis mercator de cuius promissione quilibet cōfidebat.Nam poterat parcere pudori suo per illam.l.quintus.que est not.ad hoc.τ idem si ignorabat cōtractum fore vsurarium ignorantia facti.vt in.l. si fideiussor.in princ.ff.mandati.Secus iuris ignorantia.ea.l. §.non male.cum ibi no.Si ergo in predictis casibus potest repetere vsuras ab eo ꝓ quo soluit τ ille poterit repetere a creditore:sed vbi foret sibi imputandum fideiussor nō repeteret ab eo:sed ab alio cui soluit si per ignorantiam iuris vel facti cū ipso iure esset indebite τ vsurarius tractat de lucro:si autē ex certa scientia:gl.illa in.c.peruenit.vult quod non possit repetere.Bal.hic tenet contrarium vt dixi.

1 Si vsuras. ¶ † Qui tenet ad sortē et ad vsuras efficaciter si simpliciter soluat quantitatem que non sufficiat ad vtrāq3 et nō declarauit se soluere pro sorte creditor potest retinere pro vsuris τ quatenus excederet pro sorte: cōcor.l.j. j.de solu.sic ergo licet debitum sortis sit grauius q̄ debitum vsurarium:q2 sors parit vsuras nō ecōuerso.nihilominus simplex solutio nō cadit in grauius debitum satis quando vnum est principale τ aliud accessorium:quia tunc ecōuerso cedit in minus graue:vt hic τ in glo.fin.que format istud contrarium et est ratio diuersitatis quia primo casu debitor potest soluere vnum sine altero inuito creditore vt sit interpretatio pro eo vt videatur soluisse in grauius sed in secūdo casu non posset soluere sortem sine vsuris inuito creditore vt colligitur ex.l.acceptam.in prin.ideo sit interpretatio pro creditore vt possit retinere pro debito minus graui.s.pro vsuris.casus.¶ In glo. si.ibi quam qđ alieno supple et tamen inuitus soluit pro alio q̄ se.ergo istud non facit censeri grauius debitum quod magis inuitus soluat hoc voluit dicere glo. reprehendendo rationem quam supra fecit secundum quosdam.¶ In gl.ibi cū ex pluribus causis est debitor.supple eque principalibus τ rationem dicit vt.s.dixi.

1 Pignoribus. ¶ † Pro vsuris etiam naturaliter tātum debitis potest retinere pignus si pro eis fuit obligatū. hoc dicit.Glos.requirit quod fuerit obligatus expresse al's in dubio vult qđ non censeat obligatio nisi pro sorte:ego dixi cōtrarium in.l.is per retentionem.τ Cy.secundū Pet.tenet hoc τ prius non videram posset tamen gl. saluari si primo vendidit pignus pro sorte τ postea promisit vsuras ꝑ pactum nudum:quia tunc censetur datum pro sorte et pro debito precedenti non sequenti sicut in simili not. in.l.cum virū. j.de fideiuss.sed si post promissionem vsurarum fuerit datum simpliciter censetur datum tam pro sorte q̄ pro vsuris scđm Cy.τ ista est veritas licet non tangat.

1 Oleo quidem. ¶ † Si datur mutuo res cuius examinatio variatur vel variari potest ex tempore permittunt vsure vltra legitimū modum etiam centesime equiparantur sorti.hoc dicit.τ hoc voluit gloss.in aut.ad hec ibi si autem incertum τc.pone ergo exemplum.Mutuaui tibi.x.cados olei qui valebāt.x.aureos cum hoc vt hinc ad annum debeas mihi restituere.x.aureos sicut nō valebant.postea in termino soluti.x.cadi olei non valebant nisi quatuor vel.v.τ sic ꝓ x.aureis habētur.v.Attenta ergo natura mutui que est vt reddatur tantūdem in eodem genere:vt in.l.ij.in prin.ff.si cer.pe. qđ si facere potes dando.x.cados olei non constarent tibi nisi v.videtur quod tale pactum quod reddas petitum in duplo sit vsurarium τ vltra legitimum modum: q2 equiparatur sorti τ sic est cētesima τ tamen permittitur:τ eodem modo si actū fuit vt pro.x.cadis olei valentibus.v. restituas mihi.xx. quia poterit esse quod tūc pro.x.aureis haberes.xx.cados:et tamē tale pactum non reprobatur attenta hac possibilitate licet cōtrarium eueniat:quia nō debet illud inspici:sed quod euenire potuit vt.s.eodem.l.ea pactione.τ.l.si ea lege.nisi tunc temporis non sit verisimile dictum casum euenire posse secundū cōmunem estimationem omnium hominū:vt in.d.l.si ea lege.

2 ¶ Si aliquis gerat negotia alicuius feneratoris:non tenebitur fenerari pro eo:τ si pro illo exerceat tenebitur ipse ad restitutionem.

5 l. heredem. in princ. per gl. ¶ † In gl. magna que incipit: agit ergo ibi. alij dicunt statim annihilari vtilem. pro istis facit qr vtilis et directa pro eodem non possunt concurrere apud eundem: imo directa tanq̄ potētior ab sorbet vtilem: vt. l. stichum. §. aditio. de solu. et. l. heres institutus. in prin. ff. ad trebel. sʒ dic quod licet vtilis non concurrat cum directa: quia essent directe apud eundem cum exercitio: tamen directa bene potest cōcurrere: quia substantia actionis directe nō est apud cessionarium: licet bene sit actio vtilis: vnde non concurrunt in persona eiusdē due substantie scilicet directe et vtilis actionis: imo vna est apud vnum: altera apud alterum. ¶ In gloss. ibi: alij distinguūt scilicet in illa questione: an debeat cessionarius iurare de calumnia: sed tu tene precedentem: quia quācunq̄ intentet dicitur ipse principalis cum intentat ad suam voluntatem et iuramētum de calumnia prestatur per principalēʒ personam: vt in aut. principales. C. de iura. calum. glo. ¶ In glo. ibi: item huiusmodi cessio videtur inutilis cum et sine cessione detur vtilis. ad hoc gloss. respondit sed dic q̄ cum sint diuerse possunt habere diuersas vtilitates que intētantur nomine diuersorū: et sic succūberet in vna non tolleretur sibi altera vnde

6 iuris est plures actiones habere. ¶ † In gl. fin. an vterq̄ nostrum: an prior habet vtiles. dic prima verior: quia sicut a primo venditore non separantur directe per venditionem: vt in prin. gl. precedentis. ita a secūdo venditore non videntur separari vtiles: sed alie vtiles de nouo produci in personā secundi emptoris. cōtrarium dic qr vtiles facilius separantur q̄ directe: et sic penes scdm venditorē nulle remanebūt per. l. ex asse. ff. ad trebellia. cum ibi no. et. l. j. §. de illo. et qd ibi not. C. de iure emphy. l. si. quādo emphyteota [a] primus qui vtile habet dominium dat in emphyteosi secūdo.

8 ¶ Quando emphyteota. Adde dominum meuʒ a Alex. neuiū vicētinum in repeti. l. c. potuit. de loc.

Vt tibi. † Vēditor anteq̄ tradat est dn̄s ideo alteri vendendo et tradendo trāsfert dominiū: et sic secūdus emptor in eo erit potior q̄ primus. concor. l. quoties. C. de rei ven.

1 Postq̄. † Nomen debitoris pōt dari pignori et ille cui datū est potest ipsum alteri vendere iure creditoris sicut aliam rem pignoratam et emptori datur vtilis actio ad exigendum sicut dabatur venditori anteq̄ vēderet. h.d. tex. cum gl. Adde tamen illud qd exegisti si cōstabat in specie et sibi debeatur pecunia retinuisset loco pignoris quousq̄ pecunia fuisset soluta non autem cōpensasset cum debito: quia de quantitate ad speciem non fit compensatio: vt. l. si conuenerit. de pigno. act. sed ille qui emit ab eo retinebit iure dominij: qr soluit pretium ex quo satisfactum est venditori.

2 Quod aliud sit vendere rem pignoratam et aliud ius qd habeo in pignore.

Si vendo rem pignoratā iure creditoris q̄ transeat dominiū licet non sit penes me.

1 Ex nominis. † Ex vēditione nominis transit vtilis: et etiā exercitium directe si cedatur tam ad debitum q̄ ad pignora non autem dominium rerum pignoratarū. hoc dicit. Et differt a. l. precedēti. quia ibi tu debitor meus pignorasti mihi nomen debitoris tui hic vero alias res corporales. Item ibi vendidi nomē debitoris tui hic vendidi nomen tuum et in emptorē transit vtilis actio cōtra te que mihi competebat directa. ¶ Trāsit etiā vtilis hypothecaria ad pignora etiā si in venditione nō sit facta mentio: qr vendita actione principali trāseunt etiā pignora in emptorē: vt. C. de act. et obl. l. si a creditore. et. l. si insolutum. non autem transit in te dn̄ium

2 rerum pignoratarum. h.d. ista. l. † Sed cōtra q̄ imo transeat: qr si vendo nomine suo censēt vendita etiā pignora sequitur q̄ in emptorē transiuit dn̄ium: vt in. l. si conuenerit. ff. de pign. act. Solu. si vendo rem pignoratā iure creditoris bene transit dominiū: licet non sit penes me: vt in. l. contraria. sed vendendo nomen tuū nō videor vendere res pignoratas: sed ius pignoris qd habeo in eis: ideo transit vtilis hypothecaria et nō dominium: et sic est casus hic. Aliud est ergo vendere rem pignoratā aliud ius qd habeo in pignore. ¶ In glos. j. ibi: secus si ipsum pignus. i. rem ipsam pignoratā. longa est enim differētia inter rem pignoratā que est corporalis et pignus seu ius pignoris qd est ius incorporale.

2 Rei vendicatio quod possit competere ei qui habet vtile dominium.

3 Nomen actionis largo modo sumptū cōprehendit tam personalem quam realem.

Hypothecaria an possit cedi sine personali.

4 An illa que sunt cessibilia sint ad etiā heredē trāsmissibilia: et an etiam illa que transmissibilia nō sunt: nec etiam cessibilia.

1 Certi et. † Vendi et cedi potest nō solū actio personalis sed etiā realis: puta rei vendicatio et in emptorē transit vtilis rei vendicatio sicut transiret vtilis actio psonalis. h.d. ¶ Erat autem ratio dubitandi illa quam tangit gloss. ij. quia si vendo rei vend. habeo cōtra te directam nō videbatur emptori posse competere vtilem cum in ipsum non transferā dominiū directum vel vtile q̄ sine traditione regulariter nō transfertur: vt in. l. tradi. C. de pac. et rei vendi. l. penul. ergo nō potest sibi dari vtilis rei vendicatio: qr sicut directa nō datur nisi directo dominio: vt in. l. rem. in prin. ff. de rei ven. ita vtilis nō videbatur dari nisi habenti vtile dominium: sed ille emptor non habet.

2 Breuiter negatur † q̄ vtilis rei vendicatio nō possit cōpetere nisi ei qui habet vtile dominiū: imo potest. et ad hoc allegatur iste tex. quem ita intelligunt doct. vt no. in. c. pro possessore. de re iud. et Bar. in. l. si culpam. ff. de rei ven. q̄ ille cui est vendita vel cessa rei venditi. habet vtilem rei vend. et tamen anteq̄ nāciscatur possessio. non habet etiam vtile dominium postq̄ nō fuerit nactus videtur q̄ non solum vtile: sed etiam directū dominiū habeat: qr videor tibi vendidisse actionem et etiam rem postq̄ possessionem fueris adeptus. ita intelligo istam legem cum dictis doctor. Et no. q̄ nomē actionis largo modo sum

3 ptum cōprehendit tam personalem q̄ realem. ¶ † In gl. que incipit: viris prudentib⁹ ibi. item an hypothecaria. i. sine psonali possit cedi. videtur q̄ sic per hanc legem que vult q̄ possit vendi vel cedi actio realis sicut personalis: sed hypothecaria est realis: ergo &c. glo. determinat contrariū: qr ista. l. loquitur de reali que est principalis vt est rei ven. que datur ratione dominij: sed hypothecaria non est principalis: sed accessoria ad psonalē et sine illa nō potest stare. Unde si illa nō fuit cessa nō potest cedi accessoria: esset em̄ absurdū dicere q̄ tu esses debitor meus et alius cuius tu nō es debitor habeat ius pignoris vel rem obligatā pro debito meo. propterea sequeretur absurdum q̄ actio in potestate mea illi auferretur scilicet agēdo psonali et exigēdo a te debitum pro exacto liberatur pignus et sic tolleretur hypothecaria: vt in. l. soluitur. in prin. qui. mo. pig. vel hypo. sol. qr nō potuisset plus iuris transferre in emptorē q̄ esset penes me: sed si foret penes me soluto debito extingueretur pignus et hypothecaria: ergo &c. In cōtrariū facit: quia hypothecaria stare potest sine psonali postq̄ semel fuit in esse producta: licet a principio nō potuerit nasci sine principali: vt j. de lui. pig. l. ij. et contrarium eius quod hic no. gl. ¶ Not. per gl. in. l. vsucapio. j. de pig. Breuiter de illo articulo dic vt plene no. p Bart. j. de fideius. l. fideiussor obligari. in prin. vbi distinguit. nā aliquādo potest cedi sine principali: aliquādo non

4 qd dic vt ibi. ¶ † In glo. que incipit: poterit ergo ibi vel forte potest ante: hic cōiter tenetur. vt no. in. l. si rationē. ff. eo. et in. l. iniuriarū. allegata in glos. Nec ob. si dicatur si ante lit. contest. nō transmittitur ad heredē: vt dicit gl. ergo nec videtur posse cedi: qr illa sunt cessibilia que etiā sunt ad heredē transmissibilia. et illa que trāsmissibilia nō sunt nec etiam cessibilia: vt. l. ex pluribus. ff. de admi. tu. Sed ad hoc respōdit Barto. in. l. iniuriarū. q̄ hoc procedit in illis que perpetuo et nullo casu sunt ad heredē trāsmissibilia: et sic nec actu nec aptitudine si super ea sit litis contest. et hoc sufficit vt possit cedi. ¶ In gl. j. ibi: et est spes vendica. potest dici q̄ sit vendita etiā res. nā licet tenenti et possidenti rem suam non detur rei vend. actualiter: qr deficit vnum

cit vnum extremum substantiale scз possessio ex parte conuenti: quia tamen adest aliud extremum substantiale quod requiritur ex parte agentis: scilicet dominium potest dici ꝙ cōpetat aptitudine: licet nō actu. ⁊ sic est in esse producta in substātia. sed desinet possidere deducetur in actu. de illa qđ. vide per Cy. s. de alie. iudi. l. si.

a ¶ De eunuchis.[a] Rubrica.

2 ☞ Statutū si simpliciter disponit ꝙ occidēs vel percutiens aliquē puniatur tali pena an habebit locū in subdito statuentium occidere extra territorium.

3 Statutum epi ꝙ clerici ludentes sint excommunicati: an habeat locum extra territorium.

An possint statuentes facere statutum contra forensem delinquentem in suum subditum.

4 Notarius debet scire iura: et an imputetur sibi si conficiat instrumentum contra prohibitionem legis.

1 Romane. † In. l. ista de eunuchis ista l. allegatur ad duo. Primo qđ dicit in barbaro. i. in patria barbarie ꝙ ciuitas potest facere statutum contra ciuem suū delinquentē extra suū territoriū sicut imperator fecit istā legē cōtra subditos imperij delinquentes extra imperiū: scз in patria barbarie que nō erat sub dita: scз vendendo seruos natos in imperio romano ⁊ factos

2 eunuchos. ¶ † Sed qd si statutū simpliciter disponit ꝙ occidens vel percutiens aliquē puniaẗ tali pena: an habebit locū in subdito statuētium occidente extra territorium eorum vel vulnerāte ⁊ intellige si de crimine accusatur vel inquiritur in territorio ratione originis vel domicilij: vt. s. vbi de crim. agi opor. l. j. si eñ in loco delicti inquirereẗ vel accusareẗ non esset dubiū ꝙ ibi nō esset seruādum statutū alterius loci: sed illius vbi quis delinquit: vt. s. vbi sena. vel cla. ⁊ ibi tetigi. dicūt quidam ꝙ etiā si inquiratur vel accusetur in loco vbi viget istud statutum ꝙ nō debet puniri ꝭm formā statuti: sed de iure cōi: qꝛ statutū simpliciter loquens videtur intelligendū de delinquentibus infra territoriū statuentibus: prout videẗ casus in c. vt animarū. de consti. li. vj. tamen doc. tenēt contrariū ꝙ ille punieẗ pena statuti: licet delictū sit alibi cōmissum. arg. huius legis qꝛ cū statuētes specifice poterint super hoc prouidere vt hic est casus simpliciter statuendo censentur statuisse in omni casu in quo ꝓuidere possunt etiā specialr̄ cū prouisio sit vtilis reipu. Nec ob. c. vt animarū. qꝛ ibi in pena excommunicationis que trahit secum executionē: vt no. gl. in. l. si quis filio exheredato. §. irritum. ff. de iniu. testa. ⁊ index vnius territorij nō potest executionē facere in alieno territorio: nisi mediāte iudice illius territorij: vt. s. de iudi. l. properādū. §. finautē reus. cum

3 ibi no. † Statutū ergo epi ꝙ clerici ludētes sint excōmunicati nō habet locū in clerico illius ludente extra suā diocesim: qꝛ mitteret falcem in messem alienā faciēdo executionē in aliena diocesi. sed ista ratio videẗ debilis: qꝛ verū est ꝙ iudex vnius territorij nō potest executionē facti facere in alieno territorio que est visibilis ⁊ turbaret alienā iurisditionē: sed executionē inuisibilē videtur posse facere: qꝛ eam nō turbat. de hoc dic vt in. d. c. vt animarū. qꝛ varie sunt opin. Sed quid econuerso: an possint statuentes facere statutū contra forensem delinquentē in suū subditū. videtur ꝙ nō per no. per Inn. in. c. ex parte. de priuile. dic vt not. in materia statutorū in. l. cunctos populos.

4 facit. l. si quis in hoc genus. de epi. ⁊ cle. allegatur etiā † ꝙ no

b tarius dз scire iura:[b] al's non imputaretur sibi si cōficeret instrumentū cōtra prohibitionē legis cuius cōtrariū hic patet.

¶ De patribus qui filios distraxerunt. Rubrica.

2 ☞ Si aliquis submittat se alicui dño faciēdo se subditū vel fidelem vel hominē suū seu vasallū an istud preiudicet filijs. Fidelitas patrisꝙ non noceat filijs.

Quare mortuo vasallo tenentur filij recognoscere feudū ⁊ petere inuestiturā renouari: et iurare de nouo fidelitatem infra annum ⁊ diem.

3 Si aliquis forēsis facit se ciuem alicuius ciuitatis propter ꝙ astringitur oneribus personalibus ⁊ realibus an hoc preiudicet filijs iam natis si nolunt illa onera subire.

1 Liberos. † Parentes nō possunt filios vendere vel in seruitutem dare aliquo titulo nisi in vno casu ꝓpter nimiam paupertatē ⁊ causa victus[c] si aliunde

c sibi ꝓuidere nō possunt. No. mirabilē potestatem parētum erga filios. h. d. ambe ille. ll. per

2 istā. l. j. dicit Bal. ꝙ † si aliquis submittat se alicui dño faciendo se subditum vel fidelem vel hominē suum seu vasallum qđ istud non preiudicat filijs: qꝛ etiā si expresse vellet filios facere tales non posset contra eoꝝ voluntatē: vt hic. ⁊ sic fidelitas patris nō nocet filijs: ⁊ inde ꝓcedit ꝙ vasallo mortuo filij teneneẗ a recognoscere feudum ⁊ petere inuestituram reuocari ⁊ iurare

d de nouo fidelitatē infra annū et diē[d]. ff. plene examinat hunc passum. sed vide ipsum plenissime examinatū in Spec. de feu. §. j. versic. quinto queritur. vbi querit: an filij hominis mei dicantur homines mei ⁊ sint mihi subditi sicut et pater. nā dicit inter filios natos postꝙ pater fuit homo meus et sunt homines mei: ⁊ sic distinguit ex qua causa pater fecit se hoīem meū: an ratione delicti cōmissi per eū contra me ⁊ non nocet filijs: an vt ipsum ⁊ filios suos defendendū: et tunc prouisio patris extēditur ad filios ad hanc distinctionē vide in. l. iij. ff. de libe.

3 et eorū libe. ¶ † Dicit etiā Bal. per hanc. l. si aliquis forensis facit se ciuem alicuius ciuitatis: propter qđ astringitur oneribus personalibus ⁊ realibus illius ciuitatis: ꝙ hoc nō nocet filijs iam natis si non volunt illa onera subire: sed non cōtradicendo videntur assentire: quia consequuntur etiam emolumēta ciuilitatis hinc est ꝙ libera patris estimatio dз prodesse b filijs tanꝙ sint eadē persona: vt no. in. l. ij. ff. qui etate. li. x. ⁊ per Bart. in. l. fi. in fi. ff. de impu. ⁊ alijs substi. hinc est ꝙ licet autoritas patris non sufficiat ad obligandum filiū pupillū quādo agitur de sola obligatione non de acquisitis: vt in. l. fina. §. j. de verbo. oblig. ff. bene tamen sufficit quando agitur actio de acquisitione vt in adeunda hereditate: vt in. l. si infanti. circa fin. ff. de iure delibe.

2 ☞ Si pater in casu necessitatis famis vendat filium: non ta c men filius efficitur seruus ita ꝙ perdat libertatē sed efficitur seruiens sicut cliens ⁊ famulus.

1 Si quis. † Lex. ij. allegatur dū dicit in vno tantūmodo casu que non vult qđ d extēdatur per terminos: de quibus tex. loquiẗ. aut similes ꝙ constitutio vel statutum loquitur cum dictione taxatiua nō extenditur ad causam similem vel maiorē habentē: etiā si nō sit correctiuum iuris cōmunis quādo enim est correctiuum non est dubium: vt not. in auť. quas actiones. s. de sacrosan. eccle. sed in contrariū videtur tex. cum glo. in. l. illud. circa fi. s. de sacrosan. ecc. ⁊ in. l. ob es. ff. de pred. mi. Bar. examinat istum passum in. l. si constante. ff. solu. ma. in. j. q. prin. q. ix. vbi allegat hanc legē ⁊ distinguit: an reperiatur extensio per aliā. l. ⁊ extenditur. vt in. d. l. ob es. aut nō reperitur. ⁊ tunc aut statutū inducit odiū ⁊ nō fit extensio: vt in hac. l. aut inducit fauorem: ⁊ tunc fit nō obstante dictione taxatiua: vt in. d. l.

2 illud. ¶ † Ultimo teneas hic opi. gl. ꝙ si pater in causa necessitatis famis vendat non ꝓpterea efficitur seruus filius ita ꝙ perdat libertatē ita ꝙ efficiatur seruus: sed efficitur seruiens sicut cliens ⁊ famulus: qꝛ si perderet ingenuitatē nunꝙ recuperaret per. l. intercedit. ff. de condi. ⁊ demon. cuius contrariū patet hic dum dicitur ad ingenuitatē propriā eum repetere. fuit ergo dilata ingenuitas nō extincta ꝓut alibi not. in. l. manumissiones. ff. de insti. ⁊ iure. dic vt in gl. vide hic gl. instit. de patria pote. enumerat aliqua in quibus consistit patria potestas inter que est illud de quo in ista. l. vt possit vēdere filiū: vt hic solo casu propter necessitatē patris: al's famis etiā glo. sequens dicit qđ quedā nationes vt sclaui vendunt filios tanꝙ seruos ⁊ eos indebite vendunt.

¶ De rescindenda venditione. Rubrica.

2 ☞ Si per metū libero te per acceptilationē: lз valeat liberatio mero iure ⁊ sic perdam actionē: pretor tamen eodem instāti restituit mihi vtilem actionem.

1 Si pater. † Uēditio facta per vim vel metum retractatur restituto pretio. h. d. intellige si per actionē qđ metus causa valet eñ mero iure: etiā si metus dedit causam cōtractui: qꝛ venditor. al's non fuisset venditurus qꝛ coacta voluntas: voluntas est: vt. l. si mulier. §. fina. ff. qđ met. cau. preterꝙ in contractu dotis qui redditur nullus propter metum sicut ⁊ matrimonium in quo requiritur magis libertas: vt. d. l. si mulier. §. si id qđ iuncto. c. cū locū. extra de spōsa. ⁊ in hoc differt a dolo qui quādo dat causam contractui excludit cōsensum ⁊ voluntatem: quia deceptus: sed coactus bene consentit quando coactio non est precisa sed causatiua: al's etiam coactus nō consentit: vt in. c. sacris. quod metus cau. ⁊ per illa est expedita glo. super verbo irrita. que dicit intellectū quorūdam esse quando metus non dederit causam cōtractui: sed gl. indebite intelligit. illa distin

¶ Eunuchis. Adde qs dicaẗ eunuchꝰ. viđ gl. in. c. eunuchꝰ. lv. di. gl. ⁊ doct. in. c. ex parte. de cor. vit. Et quot sunt spēs eunuchorū. viđ ꝑ gl. i. c. oēs. xxxij. q. vij. ⁊ adđ ꝙ eunuchus venditus vt morbosus redhibetur. ita Aulus gel. ī li. iiij. nocti. atti. c. ij. Cur.

¶ Notarius dз scire iura. Adde gl. ⁊ Bart. i. l. pe. C. de tabu. lib. x. Abb. i. c. j. in. vj. colū. de fi. instru. Abb. i. c. sicut te. ne cle. vel mo.

¶ Et cā victus. Adde gl. in. c. ij. de pig. ⁊ gl. in. c. ꝙ nō est. đ re. iu.

¶ Infra annū ⁊ diē. Adde an nō petēs ī dicto termino cadat a feudo. vide tex. ⁊ ibi Bāl. in ca. j. quo tpe in vsibꝰ feu. Bal. in. c. j. ꝙ fuit pri. cā bñfi. amit. Bal. in. c. j. de ca. cōra. Bal. ⁊ doc. i. c. j. de ca. q cur. ven. doc. i. c. veritatis. de do. ⁊ cōtu. Cald. ɔsi. vij. inci. an feudatarius. ī tit. de feu. Pe. de ancha. ɔsi. clxiiij. ici. d. Lazarus fuit vestitus de q̄dā feu. Car. zab. consil. xxxiiij. inci. circa pmū dubiū duo ꝑncipalr̄ sunt videnda. Abb. cōsi. lxxxiij. inci. cōditoris oim postulato suffragio. in ij. colū. in. j. volu. Abb. ɔsi. iij. inci. nitar ī pñti. in. ij. vol. Ioā. de ana. ɔsil. xxxij. incipi. vltra alia dubia Lu. ro. ɔsil. xxvij. ici. viso themate mihi preposito. Pau. de ca. cōsi. clxij. ici. circa id quo queriẗ. ī pe. col. Barba. cōsi. lxxiiij. incipiē. preclare. i. ij. col. in. iiij. volu.

2 etio bene habet locum in dolo. ¶ † In tex. ibi: ratū non habe bit. s. per legem vel pretorem qui facit edictum quod metus causa: vt. ff. quod metus causa. l. j. ⁊ dic ꝙ ratum nō habeꝛ etiā ab ipso principio: vnde si per metū libero te per acceptilatio nem: licet valeat liberatio mero iure: ⁊ sic perdam actionē pre tor: tamen eo instanti restituit mihi vtilem actionem in. l. me tum. §. violenti. eo. titu. ⁊ hoc est ꝙ nullo tēpore ratum habet. ¶ In tex. ibi: irrita. i. irritāda. mero nāq; iure valet: s. statim competat actio ad rescindendum. ¶ In tex. ibi: maxime abū dat hoc verbum. nam non nisi restituat pretium auditur ven ditor qui non debet locupletari: sed sufficit ꝙ non sit in dāno: vt in. l. iij. §. qd me. cau. ⁊ per hoc est expedita glo. si. que timore illius legis intellexit tex. altero de pluribꝰ modis. sed tene il lam ꝙ abundat illa dictio maxime.

1 ¶ Cōtractus valet de rigore iuris ⁊ non potest rescindi etiā propter deceptionē vltra dimidiam iusti pretij. dūmodo em ptor velit supplere vsq; ad iustū pretiū nec sufficeret supplere vsq; ad quātitatē ꝙ deceptio non sit vltra dimidiā iusti pretij ⁊ hoc nisi interuenit dolus emptoris ⁊ nu. 2.

2 Qualiter dicatur deceptio esse vltra dimidiā iusti pretij. ⁊ nu mero. 3. et. 7.

3 Contrahentibus licitū est inter se decipere dūmodo deceptio non sit vltra dimidiam iusti pretij. ⁊ nu. 2.

4 De valore rei qd tēpus inspiciaꝛ vt probetur deceptio esse vl tra dimidiam. ⁊ qualiter probetur valor. ⁊ nu. 17.

5 In quibus casibus non retractetur venditio seu contractus propter deceptionem vltra dimidiam iusti pretij.

Quādo sufficiat lesio in sexta parte pretij ad hoc vt cōtractus rescindatur.

6 Quanto tpe duret facultas emptori supplendi pretium ⁊ reti nendi si interuenit lesio vltra dimidiam iusti pretij.

7 Potest quis renuntiare huic legi. et sic iuri petendi cōtractū rescindi propter lesionem vltra dimidiam iusti pretij. ⁊ an suf ficiat generalis renūtiatio de omnibus iuribus ⁊ legibus ⁊c. et nume. 9.

Qd eoipso censeatur quis renuntiasse si sciebat verum valorē rei ⁊ sic se decepit vltra dimidiā iusti pretij.

Qualiter formetur libellus in remedio huius legis.

8 Quando est tanta lesio ⁊ sic vltra dimidiā iusti pretij: ꝙ presu matur potius ignorasse verū pretium ꝙ͞ scinisse.

Si renuntiauit specialiter prouisioni huius legis seu fraudi dupli. valet renuntiatio etiam si constat quod ignorabat verū pretium.

10 An per illa verba: ⁊ si plus valet donauit dicto emptori illud plus: an censeatur vēditor renuntiasse beneficio huius legis.

11 Si emptor rem emptam alteri obligauit: ⁊ postea agiꝛ cōtra ipsum ex dispositione huius legis: q: interuenit lesio vltra di midiam iusti pretij: ⁊ ipse emptor nolens supplere pretiū rem restituit: an tūc transeat in venditorē cū iure hypothece.

12 Quod remedium competat ad retractandum venditionē ꝑm prouisionem huius legis.

13 An remedium huius legis habeat locū in contractibus stri cti iuris.

14 An ista lex que loquitur in venditione habeat locum in alijs contractibus stricti iuris.

15 An per iuramētum excludatur quis a beneficio huius legis si iurauit nō venire contra. ⁊ nu. 10.

16 Si emptor rem alij vendidit ⁊ tradidit an habeat locū reme dium huius legis: ⁊ quis venditor debebit agere.

Mulier decepta in estimatione rei date in dotem estimate: an post ipsam rem peremptā possit petere suppleri pretium.

17 An ista lex habeat locū ecōuerso qñ emptor esset deceptus.

a ¶ Rē maioris. ad hāc legē vide eūdem Pau. de ca. ī ꝯsi. ccclxxvj. in. ij. parte consi. nonorū. et ibi an habeat locum in cōtractu emphy teotico. Cur.

b ¶ Arbitramen tū. Adde Bar. ⁊ ibi doct. in aut. si vero contigerit. §. de iudi. d. Alexan. de imo. in. l. sciēdū. ff. de ver. ob. ⁊ eūdē Pau. de cast. in ꝯsi. suo ccclxj. incipi. visis ꝯpromisso ⁊ lau. col. iij. vers. circa scdm. in. j. parte cōsilior antiquo rū. ⁊ adde an di caꝛ ꝯctus noīa tus vel innomi natus. dic vt per Bal. quem vide in rub. j. de rerū pmu. in fi. Fran. cur.



Rem maioris. [a] Ista est famosa lex et habet materiā singu larem et notandam quam docto. multum plene et vtiliter examināt. maxime Bal. ꝑm Nico. ma. ⁊ exa minat per questiones potius ꝙ͞ per expositiones. nā ex gloss. magna hic posita colliguntur nouē questiones. ⁊ doc. ponunt plures alias quas longum esset recitare: sed eliciam aliquas conclusiones super substantialibꝰ istius legis ⁊ totius sue ma terie: ⁊ breues ⁊ q̃ melius retinebūtur memorie. ¶ † In tex.
1 ibi: humanum est. Ex hoc patet ꝙ de rigore iuris valet cōtra ctus ⁊ non potest rescindi etiam propter deceptionē vltra di midiam iusti pretij per regulam est licitū cōtrahētibus inter se decipere: vt in. l. in cause. in. prin. seu. §. j. ff de mino. ⁊ ex eadē equitate procedit ꝙ si emptor vult pretiū supplere debeat em ptio rata manere: q: cessat causa deceptionis: et hoc si non in teruenit dolus emptoris: sed fuit deceptio re ipsa. Si autē in teruenisset q: induxit venditorem ad vendendum: al's nō ven diturum si sciuisset tantū plus valere non haberet emptor fa cultatem supplēdi pretium: imo teneretur rem sibi restituere restituto sibi pretio dato. tex. est cum gl. singulari. j. si creditor vendito pignore agat. l. penul. quinimo non requiretur tanta deceptio imo propter modicam rescinderetur cōtractus. j. e.

2 l. dolus. ¶ † In tex. ibi: qd deest iusto pretio recipies ⁊c. no. et pondera istum tex. q: non sufficit ꝙ emptor suppleat vsq; ad quantitatē ꝙ deceptio non sit vltra dimidiam iusti pretij: imo requiritur ꝙ suppleat vsq; ad iustum pretium: vnde si rem va lentem decē vendidi tibi pro quatuor. ⁊ sic sum deceptus vltra

3 dimidiā iusti pretij in vno tm̄: q: dimidia sunt quinq;. † ⁊ si vē didissem pro. v. nō haberet locū dispositio huius legis: q: dece ptio non est vltra dimidiā cum habeā dimidiā. ⁊ sic habet locū regula ꝙ licitum sit cōtrahentibus inter se decipere: si tamen offeres illud vnū quo sum deceptus vltra dimidiā nō sufficit cū cesset dispositio huius legis: sed debes supplere vsq; ad iu stū pretiū: ⁊ sic dare mihi sex q̃ sufficiūt mihi ad iustū pretiū: et tamē si vendidissem pro. v. nō possum plus petere. tene menti

4 perpetuo qd etiā Bal. hoc tenet propter istū tex. ¶ † In tex. ibi: dimidia veri pretij. s. ꝙ inspecto tēpore vēditionis erat: nō ante vel post: si constaret ꝙ ante minus valuisset: et etiam post incipit minus valere: sed constat tēpore vēditionis valebat. x. et fuit vēdita pro. iiij. quia nō inspicitur tempus anterius vel posterius: vt. j. eo. l. si voluntatē. in fi. ⁊ extra de emp. ⁊ ven. c. cū dilecti. c. cū causam. Quid autē si nō cōstat de illa veritate ptij diuersorū tēporū ⁊ vēditor agat ad rescindendū dicēs ꝙ rem valentē. x. vēdidit pro. iiij. ⁊ probat ꝙ hodie valet. x. vnde dicit ex hoc presumi ꝙ etiā tēpore venditionis tm̄ valuerit cum nō constet de cōtraria an sibi sufficiat ad rescindendum. videtur ꝙ sic: q: ex presenti presumitur in preteritum: vt. s. de proba. l. iij. ⁊ hoc vide per Cy. post Pe. in aut. quis nisi. j. de rei vxo. et qd ecōuerso si probat ꝙ per annū ante valuit. x. an sufficiat vt sic presumatur qd tantum valuerit tempore vēditionis. vnde Cy. in. l. si minorē. §. de in integ. rest. nam in his que variantur ex tempore nō est bona argumentatio de presenti ad preteritū vel econuerso: vt in. l. spadonē. §. qui absolutus. ff. de excu. tut. Sed pretia rerū ex tempore variātur: vt in. l. pretia rerū. ff. ad le. fal. Sed certe non ex solo tempore sed alia extrinseca subsi stente causa qd tamen nō est in etate que ex solo cursu tēporis variatur. ⁊ ideo nisi cōstet de aliqua alia extrinseca causa q̃ ha buerit variare pretia: vt puta guerra vel pax videtur posse ar gui de p̄senti ad preteritū vel econuerso. ar. d. l. iij. ⁊. l. siue possi detis. c. e. ti. erit ergo in arbitrio iudicis hoc discernere: an pba tio predicta sufficiat vel non. quādo autē esset longa distantia tēporis. puta decēniū vel vltra videtur nō sufficere etiā si alia iusta causa nō probetur subesse. or sufficiat. Die. xxj. August. M. cccc. xxxix. ⁊ tunc ante per duos dies do. Paulus de dotis ⁊ dn̄s Ubertus trapolitius cū dn̄o filio Lanciloto ⁊ dn̄s Da niel cum magistro Stephano iuerunt Uenetias ex eo qd eis

5 opponebatur. ¶ † Adde quasdā limitationes ad hāc legem. Primo ꝙ habet locū in emptione ⁊ vēditione quā quis facit per seipsum vel alium cū speciali mādato de vendendo tanto pretio. Si vero sine speciali mādato ⁊ cū generali ⁊ ille dolose venderet minori pretio nō valeret per. l. diligenter. ff. man. sed si nō dolose valet. ⁊ sufficit minor lesio. s. in sexta parte pretij vt possit rescindi vēditio nisi pretiū suppleatur. hoc tenuit Bar. licet sub dubio in repetitione. §. arbitror. ff. pro socio. per. l. qd

b si nerue. ff. eo. ti. ⁊ sic arbitramētum [b] qd habet vim cōtractus seu transactionis: ⁊ celebratur inter partes per alium dicitur iniquum: ⁊ potest rescindi propter lesionē factā in sexta parte. ¶ Alia limitatio ꝙ nō habet locū ista. l. si in vēditione inter ueniret directū iudiciū. quod faceret prouisionē huius legis cessare: et ideo emptor caute facit si post emptionē factā citato venditore si aliquid dicere vult facit venditionem confirmari per iudicē. ⁊ hec habentur in. l. j. C. de predijs decu. lib. xj. ⁊ ibi per Barto. no. ¶ Item tertio quedam glos. que est. x. q. ij. hoc ius porrectū. dicit non habere locū in venditione facta eccle sie: quia ecclesia nullum vult decipere nec pati sibi fieri iniusti tiam sed hoc est falsum. ⁊ illa ratio potius tendit in contrariū quod multomagis quando facta est ecclesie. ⁊ de hoc est casus in. c. cum dilecti. ⁊. c. cū causam. de emp. ⁊ vendi. que. c. loquunꝛ in vēditione facta ecclesie vel per ecclesiam. ¶ Quarta limita tio: quia dicunt quidam non habere locum si vendi. apponit pactum qd restituto pretio infra annū possit recuperare rem venditam ⁊ ipse non restituit infra: sed post annū vult recupe rare remedio huius legis vel qd suppleatur pretium quasi vi deatur huic. l. renuntiatum post annum. docto. tamen tenent contrarium: quia nō habet duo iura recuperandi s. ex pacto et ex dispositione huius legis: licet primo iuri videatur renū tiasse post annū non sic secūdo. ff. de seruit. vrb. pre. l. si domus.

6 ¶ † Sed quanto tempore durat facultas emptori supplendi pretium ⁊

pretium ⁊ retinendi rem: dic quousq; lata sit sententia sup restitutione rei quousq; fuerit cōuentus actione iudicati ad rei restitutionē per .l. itē veniūt. §. idē recte. seu. §. cū prediximus. ff. de peti. here. quia quando vnum est in obligatione aliud in solutione ex dispositione legali tātum durat facultas sed si ex dispositione contrahentium non durat nisi vsq; ad litem contestatam super re: vt in .l. si stipulatus fuero. §. in melle. ff. de solu. facit. l. si insulam. ff. de verb. oblig. Deinde collige quasdam
7 conclusiones. ¶ † Prima ꝙ huic legi pōt renūtiari expresse vel tacite per regulam generalem ꝙ quilibet potest renuntiare expresse vel tacite iuri suo: vt. §. de pac. l. si quis in conscribēdo. ⁊ hoc tenet Bal. hic ſm Nico. ma. per .l. queritur. §. si venditor. ff. de edil. edic. ⁊ etiam respondeo in titulo de actione quāto minoris. ¶ Secunda cōclusio ꝙ eoipso censeť renuntiasse
a si sciebat[a] verum valorem rei: ⁊ sic se decepit vltra dimidiam iusti precij: etiam si aliter expresse non renuntiet hoc tenet expresse Spec. in tit. de emp. ⁊ ven. §. nunc restat. de rescin. vē. ⁊c. in ver. quid si aliquis scienter. ad quod. ſ. eo. l. venditor. ⁊ idem tenet hic Bart. ⁊ Bal. dicentes ꝙ in formatione libelli debet asserere se fuisse deceptum: ⁊ sic ignorasse verū pretium ad hoc
8 vt libellus concludat. ¶ † Tertia conclusio ꝙ in dubio quando est tanta lesio presumitur ignorasse potius verū pretium ꝙ sciuisse: alr̄s raro locum haberet ista lex: sed qñ nō est tanta lesio presumitur potius fuisse pretiū rei sue per .l. quisquis. ſ. eo.
9 ⁊ hoc vult ibi Cy. in effectu. ¶ † Quarta conclusio quia si renūtiauit specialiter prouisioni huius .l. seu fraudi dupli valet renuntiatio: etiam si constat quod ignorabat verum pretium ſ. l. qui iure. ff. de testa. mili. quia licet non cogitauerit in spem postꝙ ignorabat videtur cogitasse in genere: ⁊ voluisse quod non obstante ignorantia veri pretij etiam si sit deceptus vltra dimidiam nolit vti remedio huius .l. per illaꝫ. l. ⁊ per id quod no. in .l. sub pretextu. la. ij. §. de trāsact. ¶ Quinta conclusio est
b ꝙ generalis renuntiatio[b] de oībus iuribus ⁊ legibus ⁊c. non nocet renuntianti si non apparet ꝙ sciuerit verum pretiū rei ſm Nico. ma. ⁊ Bal. ad quod faciunt no. in .l. sed ⁊ si quis. §. qsitum. si quis cau. Rofre. tamen in .d. tit. sentit contrarium dum dicit ꝙ tutius est vt fiat spālis renuntiatio: ⁊ sic innuit ꝙ etiā generalis valeat sed magis si dubiū: ideo tutius est facere spe
10 cialem. ¶ † Sexta conclusio est ꝙ per illa verba ⁊ si plus[c] va
c let donauit dicto emptori illud plus non censetur renūtiasse beneficio illius .l. qr illa verba possunt referri commode ⁊ referuntur ad modicam quantitatē. ar. in .l. hec adiectio. de ver. sig. ſm Bar. sed Bal. limitat nisi diceret totum illud ⁊ quicqd plus valet donauit: quia tunc referuntur ad omnem quantitatem. Si aūt ista verba non sint apposita etiam si in vno nūmo excederet dimidiam iusti pretij haberet locū prouisio huius .l. quia ita figit pedes hic .l. vt in simili no. glo. in .l. si fuerit. §. j. ff. pro socio. ¶ Septima conclusio est ꝙ si iuret non venire cōtra excluditur etiam si ignorauit verum pretium propter virtutem iuramenti per ea que no. per Arch. ⁊ Jo. and. in nouel. in .c. ij. de pac. lib. vj. ⁊ per id quod not. Bart. in .l. si duo. §. idem iulia. ff. de iureiur. vbi Bar. reprobat Dy. cuius opi. Cy. hic recitat qui tenuit ꝙ si adultus iuret nō venire contra contractū ita demū perdit beneficium resti. in integ. per aut. sacramenta puberū. si fuit de illo certificatus Bar. qr sufficit iurare super facto ⁊ eius opi. approbatur in .c. ij. licet ipse Bart. nō alleget.
11 ¶ † Quero hic pone ꝙ emptor rē illam alteri obligauit: post ea agitur contra ipsum ex dispositione huius .l. ⁊ ipse nolens supplere pretium rem restituit. queritur an transeat in venditorem cum iure hypothece: ⁊ sic possit ab eo aduocari per creditorem videtur ꝙ sic qr emptor erat dñs: ⁊ sic potuit obligare nec postea fuit in sua ptāte ius creditoris extinguere: ⁊ hāc partem videtur tenere Bar. in .l. diem. ff. de aqua plu. ar. dicēs ꝙ ista resolutio contractus nō fit ex necessitate precisa ipsius emptoris: qr tunc resolutio iure ipsius emptoris resolueretur ius creditoris habentis ab eo cām: vt in .l. vectigali. ff. de pig. sed resoluitur ex voluntate eius qr noluit pretium supplere: ⁊ hoc nō debet nocere creditori cui obligauit per .l. iij. de in diē adiec. §. ij. vel. iij. Bal. hic plene disputando tenet 𝔠̄riū ⁊ melius quia illa resultatio fit ex cā de preterito que habuit ortū anteꝙ ipse obligaret: ⁊ sic obligatio censetur facta eo modo ⁊ iure quo res erat apud ipsum emptorē: qr non potuit plus iuris transferre ꝙ esset apud eum ⁊ ista opinio magis placet.
12 ¶ † In glo. mag. ex qua colligūtur nouem questiones. Circa primam que est quod remedium competit ad retractandū venditionem ſm dispositionem huius .l. Quidam dixerunt ꝙ iudicis officium nobile per quod vēditor petit se restitui aduersus vēditionē ex clausula generali si qua iniusta causa esse videbitur. de qua in .l. j. in fi. ff. quibus ex cau. maio. ⁊ hic per .l. in contractibus. §. quibus ex causis maio. quia ista .l. est posita in materia restitutionis in integrum dixerunt tamē hoc officium durare. xxx. annis hoc vltimum ſm glo. non potest sustineri per .l. fi. §. de temp. in integ. resti. que vult quod siue restitutio petatur ratione minoris etatis siue alia rōne ex qua maiores restituuntur debeat peti intra quadriēnium continuum. Sed nec primum dictum potest sustineri quia maiores ex dicta clausula gñali non restituuntur aduersus gesta per eos: ꝫ aduersus neglecta: hoc tenuit glo. in .d. l. fin. de temp. in integ. rest. que incipit hic si absens. ibi dum dicit. si autem ledatur in contractu minor semper datur quadriennium. maior aūt non restituitur in contractu: vt. §. de test. mili. l. que a pře. tenet ergo glo. quod competit actio ex eo contractu. nec ob. ꝙ illa dꝫ dari ad obseruantiam contractus nō ad ipsum resoluendum: qr imo cum sit ample nature scilicet bonefidei datur ad omne id quod equum est: ⁊ sic etiam ad resoluēdum. tex. est vltra illū quem glo. allegat in .l. ex empto. §. si quis virginem. ⁊ .§. si quis vina. ff. de act. emp. Et sic illa lex in contractibus licet sit apposita in materia restitutionis in integ. non tamen debet intelligi ſm illam materiam: vt patet ex ibi no. in glo. ⁊ ideo Barto. hic in .l. si quid aurum. ff. de ver. ob. ponit vnam distinctionem quando agitur ad resolutionem contractus quo iure de qua
13 actione agatur dic vt hic ⁊ ibi per eum. ¶ † In secunda questione qua queritur an habeat locum remediū huius .l. in contractibus stricti iuris in quibus actio non datur nisi ad id de quo fuit actum inter partes: vt .l. quicquid astringēde. de ver. obl. ⁊ illud quod venditio deberet resolui nō fuit actum inter partes videtur ꝙ non habeat locum. glo. tamen dicit ꝙ habebit locum quo ad remedium excipiendi si solutio vel traditio facta non erat. Pone exemplum in cōtractu permutationis si permutaui tibi librum meum cuꝫ tuo ⁊ meus valet in duplo plus ꝙ tuus ⁊ ego ignorabam. Sed pone ꝙ interuenit stipulatio hincinde: nam si nondum tradidi ⁊ agas vt tradā habeo excep. doli: sed postquam tradidi non possum repetere addit Cy. rationem quia exceptio doli est odiosa ⁊ tutus exceptione odiosa soluens non repetit. ſ. quando per errorem iuris: vt in .l. qui exceptionem. de condi. inde. ꝙ autem ante traditionem habeam exceptionem doli: probatur in .l. si quis cum aliter. de ver. obl. Bar. dicit ꝙ imo etiam habeo repetitionem qr tunc exceptio doli est odiosa quando competit a principio: secus si ex postfacto: nihil est dicere salua pace sui: nam ⁊ hic a principio cōpetebat. Dic ergo melius vt no. Cy. in .l. ij. §. ꝙ met. cau. in addi. ꝙ tunc exceptio doli est odiosa quando competit contra ius cōe: vt cum succedit loco exceptionis macedoniani: secus qñ competit ex equitate iuris naturalis: vt cum succedit loco exceptionis metus ⁊ etiam proposito quia equitas naturalis dictat vt deceptio succurrať: vt .l. ij. ff. ad velle. vnde non est odiosa: ⁊ ita debet intelligi qđ no. in .l. q se debere. ff. de condi. ob cau. in glo. ordi. cōpetit ergo condictio indebiti ſm bal. ⁊ cōdictio incerti: vt res reponatur in pristinū statum: vt .l. sed ⁊ si me putem. §. cū inter. ff. de condi. inde. ⁊ ex his apparet: an
d stricti iuris ⁊ est dicendū ꝙ sic:[d] tamen aduertendum: qr cum queritur an quis sit deceptus in cōtractu transactionis vltra dimidiā iusti pretij non debet estimari res que petitur ⁊ est in controuersia: sed dubius euētus litis qui potest multominus
14 valere: ita no. in .l. lucius. §. fi. ff. ad treb. ¶ † In tertia questione qua queritur an ista .l. que loquiť in venditione habeat locum in alijs contractibus bonefidei. dicendum est sine dubio qđ sic per .l. iij. §. cōia vtriusq; iud. ⁊ de contractu locati habeť per glo. in .l. in venditione. §. j. ff. de bo. auto. iud. pos. super verbo minoris. ⁊ .ſ. loca. l. si olei. ⁊ bo. tex. est in .l. j. §. si quis in fraudem. ff. que in frau. cre. ¶ Est tamen dubium de cōtractu em
e phyteotico[e] vel feudali: qr Spe. in hoc variauit: ⁊ ī ti. de emp. ⁊ ven. loco. §. allegato videtur tenere ꝙ non habet locū dicēs qr non venditio nec locatio: sed idē Spe. in ti. de locato. §. nūc
f vero aliqua. ver. nonagesimo tenet 𝔠̄riū ⁊ ista pars est verior
15 cum in quolibet 𝔠tu vt deceptis succurratur. ¶ † In quarta qōne que est an p iuramentum[f] excludať quis a bñficio huius legis si iurauit nō venire contra: ⁊ sic gñaliter videtur ꝙ non: nam iuramentū de iure ciuili si confirmat 𝔠tum validū vel inualidū imo einsdē nature est cuius est ipse 𝔠tus p .l. nō dubiū. §. de legi. preterea non videť venire cōtra 𝔠tum ex quo est in arbitrio emptoris supplere pretium ⁊ facere 𝔠tū remanere. glo. tñ determinat 𝔠̄riū qr sicutvenit contra 𝔠tum ille qui precise agit ad resoluendū 𝔠tum: ita ille qui agit vt resolnať vel aliud fiat hoc probať in tex. no. quem gl. alleg. ff. de cōdi. insti. l. que sub condi. §. j. qui incipit si qs. ⁊ ibi Bal. tamē ad primam rationem glo. non respondit: sed Cy. ſm Pe. videtur rñdere ꝙ non repellatur ex virtute iuramēti: sed ex tacita renuntiatione que includiť in iuramēto: hoc tñ procedit de iure

¶ Si sciebat. Et sic remediū hui⁹ .l. nō hꝫ locū ī vēditore sciēte. adde do. Alexā. de imo. ī 𝔠sl. cxxvij. per totū in .j. vo. Curt.

¶ Generalis renūtiatio. addo. d. Alex. de imol. in 𝔠sl. xlij. colū. ij. v. iiij. cū presumať in .j. vol. Cur.

¶ Et si plus vꝫ. Adde de hoc et dic vt p Alex. de imo. late in .l. qs cū alr̄. ff. de verb. ob. ⁊ ibi are. ⁊ in trac. đ emp. ⁊ vē. ī. vij. q. pncipali q. iiij. vbi latissime đ hac clausula. et ibi an hēat locuꝫ in cessione iuriū. Frā. Cur.

¶ Qđ sic. Adde ꝙ alex. de imol. ī .l. si qs cū alr̄. ff. đ ver. obl. col. iij. tenet 𝔠̄riū. Et idēꝫ Alex. in 𝔠sil. xlij. col. iiij. in fi. ver. viij. qn. ⁊ ibi dicit negatiuā esse cōem opi. quod vide p .d. Joan. bap. de san. seue. in trac. trāsac. q. xiij. Et p mod. in trac. đ emp. ⁊ vē. ī. iiij. q. vij. q. pncipalis p barba. in 𝔠sl. xlj. col. xxiiij. in .j. vo. Et p Abb. in 𝔠sl. xij. ⁊ in cōsil. xvj. in .ij. vo. Fran. Cur.

¶ Emphyteoti co. vide eundem Pau. de ca. ī 𝔠sl. ccclxxxvj. §. alle. in .j. apost. ad hāc .l. ⁊ p Cep. ī trac. de simula. 𝔠tuū q. v. ⁊ .vj. ⁊ ī tract. de empt. ⁊ ven. in đ. q. iiij. viij. q. pncipalis. p doc. in .l. si quis cuꝫ alit. Cur.

¶ An p iuramētum. De hoc dic etiā per Alex. de imo. in cōsil. xlij. quasi p totū in .j. vol. ⁊ ibi qd ī rustico: muliere: vł minore. ⁊ in cōsi. cxxv. l. vj. co. co. vo. in 𝔠sl. lxxxix. col. iiij. versi. nec etiam ob. ⁊ in cōsil. cxxvij. per totū. in .ij. volumi. Cur.

ciuili:sed de iure canonico videtur ꝙ ex virtute iuramenti qḋ est seruandū.etiam super cōtractu nullo vel annullādo interponatur si potest saluari sine interitu salutis eterne.vt in.c.cū contingat.de iureiur.ꝛ hoc si venditor est maior:si autē minor tunc iuramentum non excludit ipsum nisi a beneficio competente ratione minoris etatis:ꝛ sic ad restitutionem in integrū quam posset habere etiam si nō esset tanta lesio:quia iuramentū representat ipsum maiorem:vt in aut.sacramenta puberū.§.si aduer.vē.ꝛ tale auxilium est debile.ꝛ ideo de facili tollitur sed beneficiū huius.l.quod maioribus competit ipsum nō repulit nisi dixerit ꝙ si venit cōtra rōne minoris etatis vel alia quacūꝙ ratione:nam ex primis verbis representatur maior:ꝛ ex secundis excluditur a beneficio maioris.breuiter id probatur licet glo.non alleget in.l.j.§.si maior fac.ra.ba.vbi est text.
16 cū glo.in vlt.charta quinti lib. ¶ † In quinta questione si emptor alteri vendidit contra quē venditor debebit agere:dic ꝙ
a non poterit agere cōtra scḋm emptorem [a] cum quo non ꝯtrxit: vt.j.eo.l.dolus.ꝛ.l.fi.ff.de contrahen.emp.sed aget contra primum emptorē etiam si sit bonefidei ꝛ bonafide etiā in alterum transtulit:ꝛ sic non desijt dolo possidere:qꝛ erat obligatus ex contractu de restitutione rei vel suppletione pretij a qua obligatione sub facto nō potuit se eximere:ar.in.l.circa pnc.de iureiur.ff.non obstant.ll.dicentes ꝙ non tenetur ille qui nō possidet nec dolo desijt possidere:qꝛ loquuntur in eo qui non erat obligatus personali actione sed poterat cōueniri actione reali:ꝛ idem si esset obligatus tali obligatione in qua non veniret nisi dolus:ꝛ lata culpa sed in illo venit etiā leuis:debebit ergo vel redimere rem ꝛ restituere vel supplere pretiū si non fuit in mora vel in culpa peremptionis.videtur ꝙ sic qꝛ erat obligatus alternatiue ad rem vel pretiū:ꝛ regula est ꝙ debitor alternatiuus per peremptionē vnius de alterna.non liberatur:sꝫ remanet obligatus in altero:vt.l.stichū.ff.de sol.ꝛ.l.si in emptione.§.pe.de ꝯben.empt.Contrariū tamen determinat glo.dicens no.ꝙ in obligatione nō erat nisi ipsa res:quasi dicat suppletio pretij erat in solutione non in obligatione vnde perempta re sine mora dolo vel culpa non potest estimatio peti:quia non est in obligatione:preterea etiā si esset tamen est respectu certe speciei:ideo perēpta specie debet liberari:ar.ff.de noua.l.electio.§.quid si is.de leg.j.l.titie textores.in fi.ꝛ.l.quidā testamento.§.pe.vel antepe.Quidam dicunt ꝯrium:qꝛ periculū interitus rei vendite pertinet ad emptorē post perfectam emptionem:sed certe verū est quantū ad hoc vt non obstante per emptione possit cōueniri ad pretiū conuentū qḋ est in obligatione non quo ad hoc vt possit conueniri ad pretiū non cōuentum qḋ non est in obligatione sed in solutiōe vt dictum est.in quodā tamen videtur aliud:scꝫ in muliere decepta in estimatione rei date in dotē estima.vt post ipsam peremptā non debeat petere suppletionē pretij:sed bñ possit petere pretiū conuentum:vt in.l.si res.§.j.de iure do.vt plene habetur.§.sol.ma.l.si circūscripta.dic vt ibi.ꝛ vide in Spec.loco.§.allegato vbi tangit tres opin.ꝛ ſm quālibet format libellum:vna ꝙ tantū res sit in solutiōe:altera ꝙ suppletio tantū pretij:altera ꝙ vtraꝙ
17 alternatiue. ¶ † In septima questione dic vt in gl.ꝙ ista.l.habeat locum econuerso qñ emptor esset deceptus. ¶ Similiter in octaua questione ꝙ venditor dicitur deceptus vltra dimidiā si rem valentē.x.vendidit pro.iiij.ꝛ emptor si rem valentem.x. emit pro.vj.reprobata alia opi.ꝙ tunc qñ rem valentē.x.emisset pro.xx.licet Pet.ꝛ Cy.eam teneant:sed Bal.dicit esse fantasiā ꝛ tenet glo.ꝛ idem Albe.de rosa. ¶ In vltima questione qualiter probatur valor rei [b] glo.ponit aliquos modos Bal. dicit ꝙ clarus modus est ꝙ ponantur estimatores.Ang.dicit ꝙ ista practica non valet obolum:qꝛ estimatores estimabunt rem ſm pretium hodierni tpis:sed hoc nō sufficit:imo debet probari pretium qḋ erat tempore venditionis:vt.j.e.l.si volūtate.in fi.tu dic ꝙ imo valet quia ex presenti tempore presumitur in preteritum si non erat longum tempus nec apparet aliqua extrinseca causa propter quā potuerit esse variatio per ea que no.Cy.in.l.si minorē.§.de in integ.resti.ꝛ qñ probatur per testes qualiter debeant deponere:vide per Bar.in.l.fi.de predijs min.nam cum ibi dicit ꝙ potest recurri ad estimum cōis: ꝛ vide quod no.in.l.pretia rerum.ad.l.fal.

☞ In contractibus nominatis non est locus penitentie.
Dato vno inconuenienti aliud sequitur.
Dato quod non expedit sequitur quod non oportet.


E contractu. † Venditio iuris pfecta non rescinditur ex voluntate alterius cōtrahentium tantum etiā mediante rescripto principis vel ex priuilegio fisci:et etiam si offeratur duplum pretiū percepti.h.d.cum.l.ratas.j.
2 eo.que debent coniungi cū ista cum cōtendant ad idem:ꝛ sic in contractibus nominatis non est locus penitentie. ¶ Item allegatur.l.ratas.ꝙ dato vno inconuenienti aliud sequitur. Item dato ꝙ non expedit sequitur qḋ non oportet:cōcordat in aut.vt iudi.sine quoquo suffra.post princ.super verbo alioquin.ꝛ no.in.l.sed si plures.§.in arrogato.de vulg.ꝛ pu.casus.
3 ¶ † In tex.nec ex rescripto.dic ꝙ rescriptum non valet nisi emanauerit ex certa scientia principis cū clausula non obstan
c te [c] quacunꝙ.l.contrarium disponente:vt not.per glo.in.l.ratas.j.e.ꝛ ibi dicitur quod si tale rescriptum valeret ꝛ deberet obseruari impetrans deberet vti eodem iure per ti.qḋ quisꝙ iuris:quia possent venditiones facte eis rescindi quod intellige si fuissent facte per aduersarium contra quem ille ipetrasset:nam ille solus potest retorquere in ipsum nō alius vt in.l. j.§.j.ff.quod quisꝙ iuris.ibi dum dicit aduersario postulante ꝛc.licet glo.in.l.fina.co.titu.sentiat contrarium.ꝛ de hoc tangitur per Cyn.in illa.l.ratas.
2 ☞ Forma libelli quando agitur ad rescisionem venditionis propter lesionem vltra dimidiam iusti pretij.
3 Dolosus emptor si in alium transtulit non est agendū contra singularem successorem cum quo venditor non contraxit sed contra dolosum:ꝛ qualiter probabitur dolus.ꝛ nu.i.

1 
